

DISPUTATIVNCVLÆ
duæ, cum Resolutionibus
quatuor.

Q.

QUARTA FUNERARIA.

Trid. ses.
25, c. 13.




1. QUARTA funeraria solita primum ante annos
40. solvi Ecclesiæ Parochiali, eidem est sol-
vendæ, a quamvis postea sit monasterio con-
cessa.
2. Quarta funeralis, ac canonica portio,
& quarta etiam oblationum Episcopo à jure
concessa tam à Capitularibus, quam à cæteris clericis persol-
vatur eo ordine, & modo quem sacri canones statuunt.

QUÆSTVARI I.

1. Quæstuariorum eleemosynarum abolendos præcipit Tri-
dentinum. ^a
2. Pius V. omnes gratias & facultates concessas pro ma-
nibus adjunctricibus revocavit, quæstusque prohibuit.

Trid. ses.
2, cit. 9.

DISPUT.



DISPUTATIVNCVLÆ
Præjacentes.

RESOLUTIONES VARIE.

R.

RAPINA. Vide Furtum.

RAPINA est vi accipere vel velle accipere aliquid. Est
majus peccatum furto, & ab eo specie distinctum, & cir-
cumstantia necessario confidenda.

RAPTOR vide verb. *Luxuria*, & verbum
matrimonii impedimenta.

RATI HABITIO.

1. Rati habitio non sufficit, si est de futuro ad valorem con-
fessionis. ^a Vide
Navar. in
sum. c. 15
& idem
c. 17, n. 111.
2. Rati ficans damnum suo nomine & factum tenetur ad re-
stitutionem, quando is, qui damnum intulit non inferret, nisi
sciret, quod is cuius nomine fecit, id ratum esset habiturus;
secus verò si non sit ejus nomine factum, etiam si illi placeat.
3. Rati habitio damni retrotrahitur & mandato comparat-
tur, quod locum habet tam in contractibus, quam in delictis. ^e Comm.
DD.
4. Rati habitio auget & poenam, unde qui rati-
ficat clericus per cussionem suo nomine factam, est excom-
municatus, & rati ficans deformitatem suo nomine factam est
irregularis. Et quicumque rati ficans delictum suo nomine
factum puniendus est, sed non poenam ordinaria.
5. Rati habitio ut mandato comparatur, & necessarium est,
ut delictum factum fuerit nomine rati habitentis, & ipse potens
fuerit, antequam fieret, mandare. ^b idem
ubi sup.
6. Infans, & furiosus, si postquam ad usum rationis perve-
nerint, ratum habeant delictum suo nomine factum, peccant, ^f Comm.
sed non tenentur ad restitutionem, nec ad poenam. DD.

Rt 3

7. Rati-

7. Ratificans deformationem factam, sed non suo nomine peccat, & sed non est irregularis.
 8. Ratificationes etiam tacite factæ per metum revalidantur, & quando ratificans vult tacite ut valeant.
 9. Factum nomine alicujus validatur & tempore quo ipse ratificat.

REATUS. Vide Peccatum.**RECOMPENSATIO.**

1. Peccat mortaliter, qui quod solum est occulte accipit, cum commodè posset per iudicium reperere, si potest oriri grave scandalum vel damnum aliud proximi, & tenetur morere debitorem, quod nil jam debeat.
 2. Accipiens clam rem depositam apud Joannem pro eo quod illi debet, tenetur reddere, & manifestare, si sub excommunicatione precipiatur.
 3. Qui occulte accipit, quod dubitat an sit suum, tenetur restituere durante hoc dubio.
 4. Regulariter loquendo tertia persona non potest clam accipere, quod suum non est, ut domino reddat.

RECONCILIATIO. Vide Ecclesia.**REDDITUS ANNUI. Vide Censuræ.****REGULÆ JURIS. Vide post verbum***Religio.***DISPUT. I. SECT. I.****RESOLUTIONES VARIÆ.****RELIGIO RELIGIOSVS.****De Religionis definitione, & religioso statu.**

1. Religio est virtus inclinans ad honorem, & cultum Dei tanquam principii, à quo sumus, & in quo vivimus.
 2. Falsæ religionis quatuor sunt species. 1. Perniciolosa, seu super-

4 Navar. c. 14. n. 1.
 6 Idem c. 19. n. 11.

4 Vide Navar. c. 17. n. 113.

6 Idem c. 7. n. 114.
 6 Comm. DD. d. Navar. num. 117.

superfluous cultus Dei. 2. Idololatria. 3. Divinatio. 4. Culus exhibitus creaturæ ad directionem nostram. Omnes hæc species sunt ex se mortales excepta primâ cum est superflua, non tamen contraria legi divinæ, vel humanæ, & 4. bona fide, vel præ ignorantia, quæ tantum sunt veniales.

RELIGIOSVS status quid sit?

3. Status instricta significatione significat immobilem vivendi modum, & in hac significatione solum sunt in Ecclesia tres status, Episcoporum, religiosorum, & conjugatorum.
 4. Religiosus dicitur vel ex eo, quod divino cultui, qui per religionem Deo exhibetur addictus est, vel ex eo quod votis religiosus est.
 5. Religiosi alij monachi, alij fratres, alij clerici regulares; & in favorabilibus nomine monachi reliqui omnes intelliguntur.
 6. Religio secundum jus antiquum requirit Professionem solemnem trium votorum. Sed ex novo jure Pontificum, & Concilij Tridentini religiosi Societas JESU, per Professionem trium votorum simplicium sunt veri religiosi.
 7. Tria vota essentialia ex doctrina Christi Domini desumpta sunt.
 8. Hodie nullus vivendi modus potest dici religio, nisi approbatus à summo Pontifice.
 9. Primæ religionum fundamenta jacta fuere à ab Elia, Elyseo, S. Joanne Baptista, Christo Domino, & Apostolis, & ut adhuc permanent initium ab Apostolis habere.

AN STATVS religionis sit status perfectionis, & perfectior status Episcoporum, & Parochorum?

10. Religionis status est status perfectionis, quæ in charitate consistit.
 11. Religiosus tenetur tendere ad perfectionem, & hinc obligationi satisfaciendo regulam. Et non est in tanta conscientia si se commiscet negotiis secularibus, propter quod omittit orationem, & lectionem spiritualem, & alia religiosa exercitia ad hunc finem valde conducentia.
 12. Episcoporum status est perfectior, & laboriosior, & periculiosior; & dicitur perfectior non quia sit Deo gratior, sed quia ad majora pericula exigit perfectiorem charitatem. Status autem religiosorum est tutior, & Deo gratior, non exigit tantam perfectionem, sed est aptior ad illam

Rt 4

acqui-

c ff. de statu hom. tit. cod. tit.

d Aug. de verb. re. lig. c. ult. e. religiosi c. quamvis de sent. excom.

Gregor. XII. in cons. Ascendentes Domino an. 1174. c. religionem cod. tit. in 6.

h P. Aror. to. 2. infra mor. lib.

11. q. 13. q. 6. d. Theod. 2. q. 86. art. 1. Idem ubi supra.

de VIII. co. 1. cr. 15. dist. 3.

acquirendam, & ideo qui fecit votum religionis non potest acceptare Episcopatum sine dispensatione.

13. Religiosorum status perfectior est statu Parochorum. *QVÆ SIT INTER religiones perfectissima.*

14. Illa verè est perfectissima inter alias religiones, quæ perfectissima & accommodatissima media habet ad exactissimam observantiam trium votorum, in quibus religionis essentia consistit. Quapropter si scire velis, quæ sit magis perfecta religio, inquire, quæ sit illa in qua paupertas strictius observatur, castitas purius conservata, obedientia promptius custoditur. Habitus virginitum, non ex lana, vel ex lino faciunt perfectum monachum.

AN RELIGIOSI sine exempti à Prelatis Ecclesiasticis.

15. Religiosi omnes mendicantes, & qui participant ex eorum privilegiis exempti sunt à jurisdictione seculari, & Ecclesiastica Episcoporum, et Ordinarij contra hoc facientes incurrunt excommunicationem lata sententia.

16. Hodie nulla potest contra hoc consuetudo legitime esse præscripta.

17. Concessa fuit hæc exemptio à summis Pontificibus propter gloriosa obsequia à religiosis Ecclesie facta, & propter injurias à Prelatis acceptas.

18. Ex hæc emptioe nullum damnum quod Prelatis, imò magna utilitas venit.

19. Religiosi sunt notoriè exempti, & ideo non tenentur exemptionis privilegia ostendere, & quæcumque sententia data contra illos est nulla, quamvis privilegium non ostenderint.

20. Religiosi omnes mendicantes non possunt excommunicari, suspendi, vel interdici, nisi à Legato à latere, vel ex specialis Pape commissione, quam in certis casibus habent Inquisitores hæcæ, & Commissarij Cruciatæ.

21. Religiosi Dominicani, & qui illorum privilegia communicant, possunt creare Notarios Apostolicos ad intimanda, & executionis mandanda Apostolica privilegia.

22. Magister scholæ Salmanticensis, nec quisvis alius, non potest religiosis scholasticis etiam in collegio degentibus aliquid sub excommunicatione præcipere. Et iudices omnes tamulares quam Ecclesiastici debent advertere ne quicquid contra eorum privilegia fiat, quæ summa est ratio, quæ pro religione facit. *IN QVIBUS r. lignis Episcopus sine subiectis.*

23. In primis non possunt excommunicari nisi in Ecclesie sui Ordinis sine licentia Episcopi. Vide hoc verb. *Prævil.*

24. Ordinaris non potest sine causa rationabili religiosus à prædicatione suspendere.

n Sixtus IV. Vide P. Henrici lib. 7. de indulg. o Vide e. accidentibus de privil. p Clementi IV. q Vide Privil. r Ibidem.

f Ibidem: r Ref. fr. Eman. Roder. in Bull. Innoc. u L. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. funer. Trid. ses. 5. de reform. cap. 2. v Vide verb. Episcopus.

25. Ut religiosi in suis Ecclesiis concionari possint, & sufficit ut à suo Superiore approbentur, se tamen debent Episcopo præsentare, & ab eo benedictionem accipere. Si vero dare renuat sine rationabili causa, possunt in suis Ecclesiis sine illius licentia concionari.

26. Religiosus, qui extra sua claustra scandalose delinquit, & à suo Prelato non punitur, potest à Episcopo puniri.

27. Religiosi habentes beneficia Curata possunt à Episcopis visitari non de moribus & viribus, sed de Sacramentorum administratione, & de cultu Ecclesie.

28. Qui degunt extra claustra subijciuntur Episcopis in causis obsequiorum, & miserabilium personarum. Advertendum tamen, quod religiosus, qui cum licentia sui Superioris beneficio servit, vel est monialium Vicarius, vel similibus officii dat operam non est censendus manere extra claustra.

29. Qui sine licentia Ordinarij matrimonio assiluit, vel conjuges benedicit, suspensionem incurrit.

30. Religiosi, qui ad Synodum convenire tenentur & possunt ab Episcopo obligari ut conveniant.

31. In religiosorum Ecclesiis nullus secularis, aut regularis contradicente Episcopo concionari potest.

32. Qui sine licentia in scripsit suorum Superiorum extra sua monasteria inveniuntur, possunt à Episcopo puniri, ut sui instituti desertores.

33. An possit Episcopus visitare Ecclesiam Ordinum militarium alii ajunt, alii negant à præhabilius.

34. Contra religiosos dantes, vel accipientes aliquid pro ingressu Novitij possunt Episcopi censuras ferre.

35. Religiosi, excepta Carthusia, & Societate Jesu possunt obligari ab Episcopo ut exeant ad processiones publicas exceptis aliquibus casibus videndis apud Villalobos.

36. Religiosi extra conventum possunt in fidelium processiones facere etiam sine licentia Episcopi, ipso autem contradicente gratis Deo erit ab illis se abstinere, & aliis pijs operibus divina beneficentia impetrare.

37. Religiosi testamentarij in hoc officio delinquentes non possunt ab Episcopis puniri, & illis debent rationem reddere, quæ Episcopi etiam in religiosorum domibus honorarium locum habere o debent, quam Provincialis, vel ipse Generalis Ordinis.

38. Religiosi Episcopo non dederint debitum honorem, iudex hujus cause non ipse Episcopus, sed regularis erit.

40. In religiosorum domibus etiam exemptis potest si velit Episcopus concionari.

x Vide verb. Pri. vil.

Trid. ses. 25. cap. 14 de reform. Trid. ses. 7. de reg. cap. 8. Trid. ses. 7. c. 14.

Trid. ses. 24. de reform. matr. e Ibidem de reform. f Ex Decr. Innoc. X. g Trid. ses. 25. de reg. c. 4.

f Eman. Rod to. 1. q. 16. art. 3. Trid. ses. 27. de reg. c. 16. in fine. Villal. to. 1. c. 31. dif. 6.

m Vide eundem ubi supra num. 9. n Clem. de test. o Comm. DD. p Comm. DD.

q Henrici lib. 2. de indulg. c. 2. nu. 2. l. 2.

r F. Eman.
Rod. to. 1.
q. 61, art.
10.

41. Camaldulenses habent privilegium à Leone X. ne Episcopi possint in Ecclesia exempta sine licentia Prælati religiosi convocare processiones, celebrare Ordines, & similia, & in hoc communicant alie religiones.

f Thom.
Sanch. de
matr. lib.
7, disp. 15.
num. 2.

42. In casibus in quibus religiosi Episcopi subiecti sunt, non possunt illos per censuras compellere, nisi hoc expressè à iure, vel à Pontificibus, vel à Conciliis Episcopis concessum sit.

SECTIO II.

Quibus in Casibus possint Religiosi Iudicem Conservatorem creare, quia possit hoc munus obire, & quam potestatem habeas?

4 Vide
Eman.
Rod. to. 1.
qq. 108.

1. Possunt nominare Iudicem Conservatorem Prælati, & Syndici, & quivis alius religiosus.

4 Ex Bull.
Ill. II.

2. Quævis persona in dignitate Ecclesiastica constituta, Rectores, & Priores, & Episcoporum Vicarij etiam foranei possunt eligi iudices Conservatores. Sed jam non potest eligi religiosus, etiam si sit Cardinalis ex declaratione Cardinalis, contrarium tamen est probabile.

4 Ex Bull.
Ill. II.

3. Personæ à religiosis assignatæ in iudices Conservatores, nisi legitimo impedimento sint excusata, tenentur munus acceptare sub pœna excommunicationis.

4 Ex Leone
X. & Clem.
VII.

4. Assignato uno iudice non potest et alius assignari, nisi primus habeat legitimum impedimentum, vel nolit acceptare, vel malitiose se gerat.

4 Plus V.
Soc. Iesu

5. Poterit eligi extra diocesum, sed reus non poterit citari ultra duas diœceses.

4 Ex cato
privil. in
comp.

6. Poterunt à Conservatores suam jurisdictionem delegare aliis personæ in Ecclesiastica dignitate constituta.

4 Fin. Rod.
ubi supra
art. 15.

7. Poterunt cognoscere in causis civilibus, criminalibus, vel mixtis religiosorum sine rei, sive adores,

4 Idem
ubi supra
art. 7.

8. Non possunt religiosi nisi spontè velint conveniri ante suos Conservatores.

4 Ex comp.
eict.

9. Possunt à Conservatores iudicare de iniuriis illatis famulis religiosorum.

10. Possunt procedere contra alios religiosos, & illorum com-

communitates, etiam si habeant æquale privilegium.

11. Conservatores, qui malitiose in iurisdictione excedunt ipso factò de officio manent suspensioni, & pars id procurans ipso factò incurrit excommunicationem Papæ reservatam, nisi alij parti expensas satisfecerit: Qui autem pars non est pœnas has non incurrit, ne altera pars si iudex non excessit.

12. Circa horum iudicum electionem Tridentinum nihil innovavit.

DE INGRESSU in religionem, vide verb. Novitius.

AN liceat religioso professo ad aliam religionem transire.

13. Non licet ex una ad aliam religionem transire nisi ob magnam necessitatem, vel utilitatem.

14. Quivis religiosus potest ad strictiorem religionem transire petita licentiâ à suo Prælato, licet non petita.

15. Si ad laxiorem transierit ex ultimis bona fide articulis, non incurrit excommunicationem.

16. Si transierit non petita licentiâ, potest q. ac debet Prælatum illum revocare secundum probabiliter.

17. Cum subditus petat licentiâ à Prælato debet expectare responsum, quod si negat illam propter justas causas debet ad alium majorem Superiorem recurrere.

18. Religio ad quam transitur licet, debet esse non solum sanctior, sed artior, & in qua religio observantia artius viget: Si enim est relaxata, parum interest quòd artiorum regulam habeat custoditam in arca.

19. Quod in hoc casu de viris religiosis dicitur, intelligendum est etiam de feminis, & idem de fratribus & laicis.

20. Nullus religiosus professus ex Ordinibus mendicanti- bus potest transire ad Ordines monachales, nec ad Ordinem Dominæ de Mercede.

21. Ordines mendicantes sunt, quæ ut tales per litteras Apostolicas declarate sunt, etiam si habeant y annuus redditus in communi, sicuti habent collegia Societatis Jesu.

22. Ad Carthusiam licet transire omnibus religiosis aliorum Ordinum. Cistercienses autem, & Mimimi non possunt sine licentiâ suorum Generalium. Vide circa hoc Societatis privilegia.

23. Religiosi mendicantes ex Papæ licentiâ ad monachales ordines transeuntes non habent a vocem, nec locum.

24. An liceat transire ex religione mendicanti ad aliam mendicantem, ex illarum privilegiis perpendendum est: iure autem a communi prohibiunt non est ex causa, & cum Prælati licentiâ.

25. Ca-

4 Clem. ut professores, de regul. & Comm. DD.

ie. An. de
off. deleg.
lib. 1. c. 2.
tit. 8. lib. 1.
recep.

1. c. fin. cit.
m. Trid. ses.
14. c. 5. ad
fin.

m. D. Tho.
2. 2. q. ult.
art. 8.
c. licet.
de regul.

c. signifi.
cath. c. nō
ex vobis
cod. tit.

p. Fr. Em.
Rod. to. 1.
q. 71. art. 3
c. licet. ubi
supra.

q. P. Azor.
com. 1. lib.
12. c. 14. q.
1.

1. Abb. in
d. c. licet.
s. vide Vill.
to. 1. tr. 3.
dis. 13. n. 8

1. Navar.
conf. 132.
n. 15. lib.
de reg.

1. F. Eman.
Rod. ubi
supra.
1. In Ex-
traviam
ambitionis,
de rel. domi.

1. Vide A-
zor. 1. p. li.
12. cap. 19.
num. 13.

2. Ex Mar-
ti. q. ex-
traviam
ambitionis,
de rel. do-
mi.

25. Ca-

21. Capucini non possunt admittere observantes D. Francisci.
26. Qui potest transire ad arduorem Ordinem, potest eisdem facere etiam si votum emisit in contrarium.
27. Qui transit ex una in aliam religionem, debet ad habere probationis annum.
28. Possunt omnes Ordines mendicantes aliorum Ordinum privilegia uti citra hoc.
29. Generalis potest ex justa causa dare licentiam subdito ut ad laxiorem Ordinem transeat,
AD QVAM RELIGIONEM pertineant bona religiosi ex una ad aliam transiens?
30. Si transitus fuit contra jus omne quod habuerit, ad priorem Ordinem spectat; si autem legitime transit, quod post professionem acquirit, spectat ad secundum.
31. Si quando ingressus fuit g religionem, donationem illi fecit omnium bonorum, & ante professionem transit ad aliam, omnia sua bona secum feret, secus vero si donatio fuit alicujus partis bonorum.
32. Actio, quam habet religiosus ad hereditatem, transit cum eo ad 2. monasterium; h quod si hereditatis incapax est ad hæredes ab intestato pertinebit.
33. Cum ei aliquid fuerit legatum sub conditione, quæ impleta fuit, quando erit in 2. monasterio, ad illud 2. spectat.
34. Omnia, quæ habet in prima religione ad illam pertinent, ex licentia autem præsumpta potest secum ferre manuscripta primæ religioni inutilia.
35. Si monasterium compelleretur admittere religiosum, ut ibi ageret penitentiam, & hic haberet bona in primo monasterio, hoc teneretur in bonorum ulumfructum secundo dare, ut aleret religiosum dum viveret.

SECTIO III.

De variis circa Religiosos resolutionibus.

1. Religiosus Sacerdos, cui à suo Prelato prohibitum est confessiones audire, & valide audierit peccata venialia, non e. sed non licitè, sic etiam si de his habet prohibitionem.
2. Religiosi, qui virtute suorum privilegiorum poterant ante

- ante Tridentinum confiteri cum clericis secularibus, possunt etiam modo.
3. Peccat mortaliter qui retrahit aliquem ab ingressu, vel extrahit post ingressum, sed non tenetur ingredi pro eo; sed qui prædicta facit bona intentione nec peccat, nec incidit in censuras.
4. Ingressi, ad vel inducere ad ingressum in religionem in qua laxè vivitur, peccatum est, & in illam ingrediens non satisfacit voto ingrediendi religionem in communi. Nec qui votum fecit ingrediendi religionem laxam, in qua non est reformationis spes, tenetur adimplere.
5. Religiosus professus in venereum peccatum incidens circumstantiam tenetur confiteri.
6. Professio facta ab excommunicato valet.
7. Peccat mortaliter religiosus qui eò quod observantia non urget, non servat ea, quæ obligant sub mortali; exequatur tamen ab implementatione eorum, quæ non pertinent ad essentiam votorum, & jam desuecunt per privilegia, vel consuetudinem, vel tolerantiam Prælatorum.
8. Religiosus moribundus potest h declarare suam voluntatem in distribuendis rebus quibus cum licentia utitur, sed non per modum ultimæ voluntatis.
9. Post Tridentinum potest si famina fieri religiosa manendo domi in saculo ex justa causa cum peculio unde sustentetur.
10. Professus solum obedientiam secundum regulam censetur profiteri paupertatem, & castitatem.
11. Professus non intendens servare regulam nisi aliorum more, tenetur servare omnia, quorum non est legitima dispensatio.
12. Professio monialis non mendicantis in monasterio non habente reditus, quibus sustentetur, non valet.
13. Professus calato morbo contagioso potest à religione expelli.
14. Professus à religione expulsus tenetur servare tria vota eo modo, quo potest, & Ordinario loci tenetur se presentare, & quæ obedire, nec debet sibi futurizare, sed post moderatum victum, & vestitum, quæ supererunt, Ecclesiæ cui est religio additus, acquirere. Non enim debet esse melioris conditionis, quæ ejectionis ob demerita, quam assumptus ob merita.
15. A reliquis observantis, choro, jejuniis, vigiliis, flagellationibus, silentio, & similibus liber manet.
16. Non habet dominium eorum, quæ acquirunt, sed tantum supra.

tum administrationem ad propriam sustentationem, & ad alias causas.

7 Sa ubi supra.
f Comm.
DD.

17. Acquirat si est exemptus summo Pontifici, si non exemptus suo monasterio, & non Episcopo loci secundum probabiliorum.

f Comm.
DD.
Vide
Dian. p. 3.
tr. 3. ref. 39

18. Religiosus pro quolibet peccato mortali potest in carcerem detrueri, & ob crimen causâ cognitâ per sententiam à religione expelli à suo Prælato, sed non potest Ordine sacro deponi.

7 Sa hoc verb. n. 19

19. Non licet recedere à conventu prætextu conveniendi superiorem nisi in casu manifestæ injuriæ.

7 Idem ubi sup.

20. Carthusiani tenentur & vesca carnibus si aliter non possunt vivere, est probabilior sententia. Nec desunt qui dicant non peccare mortaliter carnes edendo etiam extrâ necessitatem, dummodo abint scandalum.

f Comm.
DD.

21. Mendicantes non tenentur & contributionem dare ad seminaria etiam ratione beneficiorum, nec ad ullum subsidium, vel onus.

f Comm.
DD.

22. Religiosi possunt & esse Vicarii Episcoporum de licentia Prælati, & aliquando postulare pro aliis in civilibus coram iudice seculari.

f Silv. hoc verb. n. 4.

23. Religiosis tempore Jubilæi revocantur privilegia in contrarium, licet & consueti culibet Sacerdoti, etiam seculari approbato ab Ordinario.

f Comm.
DD.

24. De religiosis criminis facti ante & ingressum religionis non potest iudex secularis cognoscere; est enim mutatum forum.

f Vide
Silv. verb.
religio.
f Comm.
DD.

25. Non est apostata, qui exit à religione animo revertendi, vel in aliam ingrediendi, vel fugit à superiore huiusmodi veniente, aut merito credens non esse professum, tunc enim potest etiam dimisso habitu fugere.

f placitum auctorius.
f Sar. apud Dian. in comp.
n. 4.

26. Abbas non obligatur & statuto etiam cum conventu factio.

27. Abbatem non venire & nomine monachi in odiosis aliis junctis, alii negant.

28. Abbatem oportet esse saltem 25. annorum inceptorum, Sacerdotem, & professum, & Abbatissam 40. annorum nisi aliud Superiori videatur.

29. Vocales, qui habent vocem suffragii decisivi non possunt abesse pro arbitrio à Capitulo, possunt tamen quando sciunt determinandam esse rem injustam, quam non valebunt impedire. Si autem possunt impedire, & absunt ob humanos respectus peccant mortaliter.

30. Religiosus negans suffragium novitio idoneo peccat mortaliter.

31. Inva-

31. Invalide professus, qui dobitat intra quinquennium professionem ratificavit, præsumitur & ratificasse.

32. Non possunt à Episcopis ea que sunt jurisdictionis exercere in domibus religiosorum illis invitatis.

33. Religiosus, qui notoriè incurrit in excommunicationem potest secundum aliquos denunciari ab Episcopo, alii autem probabilius dicunt id verum esse in casibus à jure permissis.

34. Justa causa, ob quam potest superior & religiosus subdito dare licentiam, ut ad laxiorem religionem transeat, sunt: 1. imbecillitas subditi ad onera religionem. 2. si indigne tractetur, aut sit exofus. 3. si infamatus, & non potest ibi degere sine pudore.

35. Religiosus factus Episcopus potest revocare & donationem quam fecit legitime ante professionem.

36. Religiosi facti Cardinales, vel Episcopi possunt & suscipere in Baptismo, quia cessat in eis ratio nimie familiaritatis & incontinentiæ.

37. Religiosum expulsam jam emendatum non tenentur superiores recipere, p nec ipse ad aliam religionem transire, immo nec redire ad suam.

38. Generales, & Capitulum generale religiosorum potest privilegiorum usum limitare, provel ipsa religiosus expellere judicaverint.

39. Privilegiorum Societatis, etiam si ipsi dumtaxat concessa sint, possunt alia religiones mendicantes communicatione gaudere. Immo illis etiam privilegia, quibus ipsi societatis subditi non gaudent, quia generalis eorum usum illis interdicit.

40. An per Bullam Cœne derogatum sit religiosorum privilegia alii ajunt, alii probabilius negant.

41. Derogatio privilegiorum Societatis JESU etiam sub amplissima forma facta non valet nisi fuerit intimata.

42. Religiosi in foro conscientia uti non possunt privilegiis expresse revocatis à Tridentino.

43. Dispensatio pro conjugatis incestu, vel voto impeditis ad petendum debitum potest urgente necessitate & clari extra sacramentum, & absentibus in scriptis.

44. Religiosus approbatus tantum ad audiendas Confessiones virorum, si tempore Jubilæi audiat Confessiones femininarum non est puniendus, & quia procedit secundum probabilem opinionem.

f Dia. p. 4
tr. 1. ref. 49
f Comm.
DD.

f Vide
Dian. p. 33
tr. 1. ref. 35
m idem
ubi supra.
ref. 48.

f Dian. in
comp. hoc
verb. n. 34
f Comm.
DD.

f Dian.
ubi supra.
num. 17.
f Comm.
DD.

f Dian. p.
1. ref. 13.
ref. 46.

f Vill. la.
pud Dian.
ubi supra.
ref. 48.
f Comm.
DD.

alij dicit:
Alex. VII.
an. 1666.
18. Mart.
f Dia. p. 1.
tr. 2. ref. 14.
f Sanchez
apud Dian.
p. 1. ref. 1.
ref. 33.

z Suar. a-
pud eund.

4 Comm.
DD.

4 Placit.
authoris.

4 Placitum
authoris.

4 P. Acosta
in manu-
scriptis.

4 In dectis
Alexandri
VII. 1661,
24. Septe.

45. Generales, & alii Prælati religionum possunt z eligere Confessorem etiam extra religionem, dummodo eis non sit per suas constitutiones prohibuitum.

46. Cum religiosus nondum est approbatus ab Ordinario a potest tempore Jubilæi, vel virtute Bullæ Cruciatæ de licentia sui Superioris audire Confessiones aliorum religiosorum.

47. Provincialis Ordinum mendicantium possunt b dimissorias concedere novitiis ut ab Episcopo ordinentur.

48. Religiosus non potest e nisi de licentia sui superioris testis esse etiam in testamento, potest autem de licentia præsumpta, & est validus testis.

49. Religiosus non obligat d Concilium Limese, nec aliud dicit cefanum, nisi cum sunt Parochi in sacramentorum administratione, vel ratione scandali ut in decreto contra negotiatores, & in similibus, quæ in religiosis majoris sunt scandali, quam in aliis clericis.

50. Mendicantes non possunt absolvere a casibus Episcopis reservatis, non obtentâ ad id Episcoporum facultate. e

SECTIO IV.

De aliis resolutionibus ad religiosos spectantibus.

4 Comm.
DD.

4 Ex no-
stris con-
stitution.
e Ex no-
stris con-
stitution.

4 P. Mei-
nach. in
manufer.
e Idem ubi
sup. & vi-
de Mol.
tom. 2. de
vin. disp.
497.

1. Religiosi de Prælati licentia possunt a esse testamentarii, & bona tenere, & custodire defuncti, non autem sine facultate.

2. In societate, qui solum vota simplicia post biennium novitiatus fecerunt, sunt b adhuc capaces hereditatis, & donationum.

3. Professio solemnîs in nostra Societate non e valet, nisi fiat ex expressâ licentia nostri Generalis data in scriptis; & vota simplicia debent fieri post duos annos, & diem.

4. Si religiosus habens filiam fidel. Petro committat pecuniam acquisitam in beneficio Ecclesiastico ex Superiorum permîssu etiam in negotiatione, mortuo tali religioso, a potest Petrus ex illa pecunia dotare puellam, nec tenetur religioni restituere.

5. Si quis ingrediatur religionem cum debitis non habens unde solvat, & post professionem vel ex hereditate, vel abunde bona acquirat monasterio, probabilius videtur e non teneri monasterium ex ita acquisitis religiosi debita solvere.

6. Quis

6. Qui debet, nec habet unde solvat, nec expectat habere, si vera vocatione, non verò ut creditorum molestus effugiat, religionem ingrediatur f potest profiteri, & tutâ conscientia f idem recipi, quia Sixti V. constitutio contra eos est solum, qui ut a creditoribus liberentur ad religionem confugiunt. ibidem.

7. Religiosus Societas post vota simplicia g potest de bonis paternis vivente matre secundum constitutionum ordinem distribuere, & mater nec titulo hæredis, nec titulo inofficiosa donationis potest id impedire. g Idem ibidem.

8. Ad religiosorum Societatis correctionem, & punitiorem non h tenentur superiores rigoris juris servare, sed tantum ea, quæ sunt juris naturalis ex concessione Bonifacii VIII. quæ habetur in comp. Min. & ex facultate nostri P. Generalis Societas uti potest tali privilegio. Si verò ita gravis sit casus, ut professus ex Societate esset expellendus, servandus esset juris ordo propter levitatem, in aliis vero non, atque adeo necessarius non est testes esse juratos. Quod si essent duo testes singulares duorum actuum ejusdem speciei, possent reus puniri non pœna ordinaria, sed alia arbitraria secundum præsumptionem delicti. Sed nihilominus quamvis probatio certissima sit, audiendus est reus regulariter loquendo. Si verò non sit probatio, quamvis jus requirit, si urgeat, potest non convictus incarcerari, & si indicia sint magna etiam non auditus ad custodiam cum probabilitate delicti.

9. Novitij propter religionis ingressum non amittunt i beneficia Ecclesiastica, eisque debentur fructus, vel illorum loco quotidiana distributiones. Nec possunt renuntiare beneficio ante ingressum intuitu illius, nec post ingressum nisi cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii fiat intra duos menses proximos ante professionem, & non alias intelligatur effectum suum sortiri nisi secuta professione. i Vide Trid. sess. 24. & 27. de regul. c. 15.

10. Si autem Novitius fuerit l ex nostra Societate, ex sententia nostri Thomæ Sancti ejus beneficia, cathedræ, & similia non vacant ante solemnem professionem vel vota Coadjutorum formatorum, per quæ religiosi Societatis redduntur omnino incapaces retinendi bona. Attamen licet non vacant in V. Congregatione statutum est ut ea ante bienni vota resignentur. l Ex V. Congress. post Soa. aiet.

11. In culpis non mortalibus opus non est ad penitentias ordinarias rei monitionem prmittere.

12. Non est licitum Religioso vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de iua religione spargere minantem occidere, licet alius modus defendendi non suppetat, juti sup-

89

petero

m In decr. Alexand. VII. an. 1657, 14, Sept. petere non videtur si calumniator sit paratus vel ipsi religio-
 10, vel ejus religioni publicè & coram gravissimis viris præ-
 dicta impingere, nisi occidatur. *m*

SECTIO V.

DE RELIGIOSORVM EXEMPTIONE quoad Ecclesiasticum forum.

a Paul. V.
 in sua
 Const. 34.

quæ in-
 Pit, Reli-
 giosorum.

b Gordaba
 lib. 1. qq. 3.

c Ex decr.
 in tom. 4.

Bull. cõd.
 26. Vrb.

VIII.

d Teid. inf.
 25. de reg.
 c. 14. vide

p. Pelliz.
 tr. 5. c. 6.

sect. 1.

e Vide P-
 Pellizar.

ubi supra.

f Trid. ubi
 supr. c. 16.

Vide o. 1.

de conu.
 conjug.

g Concilii.
 Lat. scilicet.

de imp.
 lib.

h Vrb. Vill
 non possunt ea transferre de uno loco in alium in eadem ci-
 vitate.

circæ an.
 1654.

i P. Pelliz.
 q. 67. sup.

1. Regulares exempti *s*unt ab Ordinariorum jurisdictione, nec non Legatorum à latere & Nunciorum Aposto-
 licorum. Nec veniunt nomine Ecclesiasticorum aut Clerico-
 rum in edictis legatorum.

2. Hac exemptione *b* gaudent Novitii, non item *c* religiosi
 A postata, aut egressi sine specialia habitu regulari, nec damnati
 ad tiremes, nec relegati in loca à provinciis Ordinis valde
 distantia, etsi aliqui putent hos subdi soli Papæ. Hac exem-
 ptione gaudent Tertiarii sed non omnes. Item oblata, &
 Donati, si se & sua irrevocabiler religioni tradiderunt.

3. Regulares notorè delinquentes possunt *d* ab Ordinario
 puniri, si Prælati eorum eos non puniat intra tempus ab ipso
 Ordinario præsidendum. Prælati autem regulares non tenentur
 stare in hoc casu processui facto ab Ordinario.

4. Bullæ Pontificiæ spectantes ad Inquisitionem ligant *e* re-
 ligiosos etiam non expressos. Item juxta aliquos edicta Inqui-
 sitionum.

5. Episcopus potest procedere contra regulares detinentes
 conjugatum professum in casu vetito. Item contra *f* renuente-
 relucere novitio restituenda.

6. Regulares non possunt *g* sine Ordinariorum licentia libros
 imprimere: Si verò sine Prælati regularis licentia imprimant
 non incurunt penas Concilii Lateranensis, licentia autem
 Principis laici non illis, sed typographo opus est.

7. Regulares non possunt *h* erigere nova monasteria sine
 Episcopi in casu diocesani sine licentia prius obtenta. Immo
 & Vrb. Vill non possunt ea transferre de uno loco in alium in eadem ci-
 vitate.

8. Regulares non tenentur *i* ad jejunia indicta ab Ordina-
 rio, nisi subdit periculum scandali. Immo aliqui putant sa-
 culares

culares intra monasteria non teneri, sicut nec moniales te-
 nentur etiam non exemptæ nisi exprimentur in edicto.

9. Regulares subsumt Ordinario quoad publicandas in-
 dulgentias. Item quoad servanda interdicta. Item quoad pro-
 cessiones, nisi specialia privilegio exempti sint ut nostri.

10. An regulares teneantur reddere rationem piarum vol-
 untatum ipsi commissarum, & possint puniri ab Ordinaris,
 alii ajunt, alii probabiliter negant; *m* nam Clem. I. de restam. *m* Vide
 non loquitur de mendicantibus, qui coram Ordinario con-
 veniri non possunt. *m* Rod. to. 7.
 q. 70. art. 7

11. Regulares, qui extra loca in quibus habent monasteria
 elemosinas quantant, tenentur *n* ostendere Ordinario li-
 centiam suorum Prælatorum.

12. Privilegium exemptionis competens monasteriis regu-
 larium, quoad jurisdictionem Ordinariorum, suffragatur *s*
 etiam personis ibi existentibus, ac si essent in aliena diocesi,
 & non comprehenduntur Ordinaris censuris.

DE PRIVILEGIO EXEMPTIONIS concessio regularibus,
 quoad forum seculari.

13. Privilegium *p* fori est, quo personæ regulares legitime
 ma autoritate eximuntur à quacumque potestate seculari *DD*.
 tam in civilibus, quam in criminalibus.

14. Competit *q* eis jure Ecclesiastico, non potest illis au-
 ferri neque per consuetudinem etiam immemorabilem, & in
 hoc non potest presumi consensus, nec tolerantia Papæ, nec
 ipsi regulares tali potestati renunciare privilegio. Eoque gaud-
 ent regulares omnes etiam laici, oblata, novitii & Terti-
 arii, nec non apostata, & perpetuo egressi, & enormia perpetr-
 antes delicta, non obstante Clem. VIII. indulto, quod so-
 lum intelligitur de clericis sacris non initiatis, non de religio-
 sosis.

15. Judex secularis non potest *r* religiosum aflaginam
 propria autoritate punire etiam si sit notorius, & incorrigi-
 bilis, & habitum deseruerit.

16. Regulares possunt *s* capi à judice seculari in flagranti
 delicto republica pernicioso, ut in furto, & duci sine injuria
 ad Prælatum regularem, cum necessitas capiendi urgeat.

17. Judex secularis solum in tribus casibus potest procé-
 dere contra religiosos I. Si etiam laici socii fuerint crimi-
 nis. II. Ne vexentur laici pro eodem crimine, si solus
 Ecclesiasticus invenitur delinquens. III. Cum certum est
 delictum, & omnes judices possunt, & debent inquirere de
 delin-

a Ex sac.
 Cõg. circa
 an. 1633.

b Vide
 Pellizar.

c Vide
 supra
 num. 33.

d Cõm. m.

e Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

f Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

g Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

h Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

i Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

j Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

k Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

l Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

m Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

n Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

o Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

p Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

q Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

r Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

s Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

t Vide Pel-
 lizar. tr. 5.
 c. 6. sect. 1.

delinquentibus, ut sic quilibet eorum possit suum subditum punire. Addi potest cum Prelatus est absens & est periculum in mora ex rati habitatione ipsius Prælati.

18. An iudex laicus possit capere regularem noctu inventum cum armis prohibitis, aut etiam mutato habitu, alii negant, alii probabilius affirmant, & dummodo in continenti ducant sic captum ad proprium Prælatum, quia in hoc & reipublice bono consultit, & religionis.

19. Iudicem laicum, ejusque ministros posse privare religiosum armis prohibitis, quæ forte reperitur gestare, viri docti negant, sed noster Vasquez & inquit posse privari, cum arma ita prohibita sunt, ut neque domi retineri possint.

20. Etiam si Prælatus religiosus sit, negligens in puniendis suis subditis non potest & laicus supplere negligentiam illius.

21. Per viam reconventionis potest & iudex secularis ad effectum vitandi calumniam, & repellendi calumniatorem non verò ad punitionem reconvenire regularem. Quod à priori potest in causa civili.

22. Si regularis vendidit agrum, & conveniatur de eversione ab emptore, quia alius jus habet in agrum venditum conveniri debet coram iudice & Ecclesiastico.

23. An clericus vel regularis hæres laicus super lite inchoata creditore vivente conveniendus sit coram iudice laico, alii ajunt, alii negant, utrumque & est probabile.

24. Iudex laicus citare potest & regulares creditores ad exhibenda propria jura, in casu quo debitor petat dilationem ex consensu minoris partis creditorum, quia hic non convincitur ut reus, nec iudex præjudicat exemptioni regulari.

25. In causis feudaliibus possunt & conveniri regulares coram iudice laico, quia in his subijciuntur feudi domino, non ut personæ Ecclesiasticæ, sed ut principes, marchiones &c.

26. An regulares qui sunt creditores aut legatarii in casu in quo conferri debeat eorum ratio, à iudice seculari citari possint, Theologi negant, & Jurisconsulti concedunt, dummodo non cogantur, sed admoneantur si velint.

27. Non possunt hæc Principes suis subditis privilegia concedere cum hoc addito, ut eis non utantur regulares, nec possint abrogare privilegium lemel ab ipsis factum in favorem regularium, quod jam transit in jus eorum.

28. Leges civiles correctivæ & non coercitivæ obligant regulares, sed cum sunt in communem utilitatem reipublicæ, in

a Vide Dian. ubi supra. ref. 113.

x 1, 2, dif. 61, c. 4, num. 35. Comm. DD.

z Covar. in tr. qq. c. 25.

d Pelliz. ubi sup.

b Vide Dian. p. 1, tr. 1, ref. 14. e Idem ubi sup. d Pelliz. ubi supra.

g Vide Dian. ubi sup. ref. 10, p. 1, tr. 1, f. Filicor. tr. 6, nu. 271.

in quantum ejus membra sunt, eas observare tenentur, & poenæ in transgredientes possunt & exigi à regularibus per b vide iudicem secularem, sed hoc sine judiciali controversia. Et iudex Ecclesiasticus potest eos cogere ad legum civilium observantiam, quæ ad communem utilitatem spectant.

29. Sub poenâ excommunicationis lata in Bulla Cœnæ prohibentur laici procedere contra regulares tam in causis criminalibus, quam in civilibus. Et in dubio an statutum sit contra immunitatem Ecclesiæ amplectenda est i opinio Ecclesiæ favens.

i. e. s. de sen. & re jud.

RESOLVTIONES VARIE AD RELIGIOSOS spectantes.

1. Qui in Societate vota simplicia emisit ab eis absolutus aliam religionem ingredi potest, & non obstantibus constitutionibus, quæ prohibent ne professi in aliis religionibus admittantur, quia non sunt professi, qui vota simplicia in Societate emittunt.

d P. Moensch. in manuscrip.

2. Donatus etiam si vota religionis emittat, non est verè & idem religiosus.

3. Religiosus professus expulsiis à religione & per sententiam prohibitus ne concionetur nec Confessiones audiat, & similia, non potest & habitari ab Episcopo sed à Papa vel Nuncio. Si autem de factis habitatur ab Episcopo per privilegium Pii V. tenet factum, quia non est improbabile.

e Idem

4. Qui gravatus est debitis si bonis cedat, ingredi religionem potest. d monasterium autem de his quæ attulit bonis tenetur solvere creditoribus, non verò de acquirendis in religione etiam in societate, in qua ante professionem capax est religiosus dominii.

d Idem

5. Per sententiam justam expulsus non tenetur & redire, & potest aliam religionem ingredi, si per ejus Constitutiones non est prohibitum.

e Navar. tr. de regul. conf. 11.

6. Religiosus è Societate, qui iter agens transit per aliud collegium, & quod Deus avertat, incidit in reservatum, absolvi debet s à Confessario ordinario illius collegii cum onere comparandi Rectori collegii, ad quod iter agit.

f Comm. in Societate.

7. Minùter, nec alius, qui absente superiore in ejus loco cum substituitur possunt g à reservatis absolvi, nisi cum onere

g Comm. in Societate.

onere comparandi, vel cum per multos dies absens est superior.

b. c. si quis
de pœnit.
& remiss.

i. Constat.
ex did. c.
si quis.

l. Vill. to.
1. q. 6. art.
1. num. 1.

m. Idem
ex Card.
Gong.
n. Idem
to. 13. q. 6.
art. 1. nu.
22.

8. Religiosus professus tenetur *h* confiteri vel superiori, vel ab eo assignato Confessario, & non alij, nisi facultate à Superiore obtenta.

9. Prælatus si potest religioso subdito iter agenti facultatem concedere, ut cum facultari vel religioso alterius ordinis confiteatur.

10. Religiosus qui in prædijs religionis degit ad illorum culturam non censetur esse extra claustrum quare si deliquerit non debet ab ordinario puniri, potest vero si esset in alio populo in erectione alicujus monasterij, in quo conventualiter non vivitur, contrarium tenet Sà hoc verb. *num. 53.*

11. Religiosus sine sui Prælati licentia non potest *m* acceptare Episcopatum.

12. Religiosi Parochi non consentur *n* esse extra claustra & ideo non debent puniri ab Episcopis, si delinquant.

SECTIO VI.

Canones septima Congregationis de dimittendis nostræ Societatis religiosi,

§ 1. **Q**ui ad Societatis monasteria idonei dimissionem ab ea nulla iusta adducti causa petunt, præsentia suæ dimissionis rationes cum propria manus subscriptione Provinciali tradent addentque, nullas sibi alias superesse. Quas Provincialis serio cum conscriptoribus examinatis, iudicioque sui, & illorum addito ad Præpositum Generalem mitteret, quas si non probaverit, perpetuum talibus sub præcepto silentium indicat; non obtemperantes ob delicti qualitatem puniat publicè etiam in publicis pulpis animadversione, certoque sibi persuadent tales, nisi superioribus acquiescant securos se in conscientia esse non posse, sed mortali culpæ quamdiu illa animæ obstinatione teneantur, subjacere.

§ 2. Imponitur præceptum, lataque intertuit sententia excommuni-

unicatio Provinciali reservata tam in illos, qui inconsulto Provinciali externos de dimissione sua in consilium adhibent, quam in illos, qui extemporum auxilio, & intercessione ad dimissionem à Superioribus impetrandam utuntur, addanturque pro Provincialis arbitrio pœnæ, longèque illis difficilior ad dimissionem pateat aditus.

Adverte hoc non esse intelligendum de novitiis, qui pro arbitrio suo possunt vel permanere, vel exire.

§ 3. Illis, qui sola importunitate, cum alia nulla iusta causa subest, dimissionem deprecant, nulla inpoterum nisi cum obligatione aliam religionem intrandi, in qua regularis vigeat observantia, concedatur, quod & patentibus inseratur, ac non nisi rarissimè, & ob gravissimas omnino causas permitendum ut liber ab omni votorum obligatione ad seculum redeat.

§ 4. Quicumque è causis aut non veris, aut si veris, è gravibus delictis, ea mente perpetratis dimissionem impetraverunt, certò sibi persuadeant nullo se modo tutos in conscientia fore, omnemque hanc facultatem in conscientia foro irritam, ac nullam esse, omnibusque se Apostatarum pœnis, ac censuris subjacere. Quæ res si in exteriori foro constituerit poterunt Superiores in illos tamquam viros Apostatas juxta Societatis privilegia, & sacrorum canonum dispositionem procedere.

§ 5. Qui ad dimissionem secretas obtinent causas, quibus se ineptos ad religiosæ discipline, votorumque observationem contendant, illas ipsi iudicio Patris nostri Provincialis & immediato superiori suo, vel alteri indicare tenebuntur, quò rebus omnibus serio examinatis maturius, certiusque aliquid deneganda, vel concedenda dimissione statueret P. N. possit; qui si renuat prædictis PP. secretas illas causas aperire omni obtinenda dimissionis spe careant.

§ 6. Qui ob grave delictum publicum è Societate dimittuntur, pro culpæ prius qualitate superiorum arbitrio puniantur, etiam in clusione ubi id usus, & consuetudo obtinuit.

§ 7. Profugientes à Societate, quo facilius dimissionem obtineant, nec Romæ facile à P. N. audiendi, nec sine pœna pro delicti qualitate Patris nostri iudicio in Provincia infligenda, dimittendi.

§ 8. Cum is, qui dimitti cupit, Superiorè decipit ad facilitè consequendam dispensationem, quam Superior non daret,

si ei sciret veritatem, dispensatio votorum est nulla, & talis non est tutus in conscientia. Si vero recurat ad superiorem, & is certus de deceptione dispensationem confirmet, dimissus solutus à votorum obligatione manebit.

§ 9. Si quis malitiose veram causam dedit ut dimitteretur, & sciens & prudens superior dispensationem dederit, quia ob talem causam eum ineptum ad societatem iudicavit, valida erit dispensatio in favorem religionis, & panam delicti.

APPENDIX De aliis singularibus.

Vide P. Sā
in vero.
Ingrati-
tudo,

1. Orationes, & suffragia dicenda pro nostris Fundatoribus, & benefactoribus solum non obligant titulo gratitudinis, quia fundationes solum recipiuntur ut elemosynæ à fidelibus; nihilominus tamen, qui omnino immemor esset tanti beneficii, non esset in tuta conscientia.

2. Provinciales possunt illorum socij à reservatis absolvere, & Rectores Confessores ordinarij, nisi in reservata ratione officij incidissent, in quo casu absolvendi sunt cum opere comparandi coram Provinciali.

3. Si is, qui superior non est constituitur cum approbato Confessario ex nostris, non tamen deputato ad audiendas nostrorum Confessiones, & confessio sit de re gravi licet non reservata, non est valida Confessio, nisi fiat ex causa rationali, & ex ratihabitione Superioris.

4. Religiosi cogi possunt ad eligendum iudicem Confessorem, quando aliquid debitum ab eis petitur, nec est iudex, qui exequi possit.

His moralibus disputationibus perutile erit Canonici iuris regulas addere, ut lector ad manum habeat hæc vera principia, ex quibus quamplures possit conclusiones elicere.

REGULÆ IURIS CANONICI EX DECRETALIBUS,

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

1. Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur.

V. BEDA homil. 2.

2. Facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.

Idem.

3. Uellus scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur.

Idem.

4. Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum.

S. GREG.

5. Quod latenter aut per vim alias illicitè introductum est

est nullà debet stabilitate subsistere.

Idem.

6. In ipso causæ initio non est à questionibus inchoandum.
S. STEPHANUS PAPA.

7. Quidquid in sacris Dei rebus, & Episcopis injustè agitur, pro sacrilegio reputatur, quia sacra sunt & à quocumque violari non debent.

S. AUGUSTINUS.

8. Qui ex timore facit præceptum aliter quam debeat, facit, & ideo jam non facit.

S. GREG. in registro.

9. Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & pastor nescit.

LUCIUS III.

10. Indignum est, & à Romana Ecclesiæ consuetudine alienum, ut pro spiritalibus facere quis homagium cõpellatur.
REGULÆ LIBRI SEXTI DECRETALIVM.

BONIFACIUS.

1. Accessorium naturam sequitur principalis.

2. Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

3. Beneficium Ecclesiasticum non potest licitè sine institutione canonica obtineri.

4. Bona fides nõ patitur, ut semel exactum iterum exigatur.

5. Certum est quod is committit in legem, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem.

6. Contra eum, qui legem dicere potuit, apertius est interpretatio facienda.

7. Contractus ex conventionione legè accipere dignoscitur.

8. Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus.

9. Cum non fiat per eum ad quem pertinet quominus conditio impleatur, haberi debet perinde, ac si impleta fuisset.

10. Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.

11. Cum quid una via prohibetur alicui ad id, alia non debet admitti.

12. Cum quis in jus succedit alterius, justam ignorantia causam censetur habere.

13. Cum sunt partium iura obscura reo favendum potius quam auctori.

14. Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet non aliis imputare.

15. Decet beneficium concessum à Principe esse mansurum.

16. Delictum personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.

Homagi-
um est pa-
dum fide-
liter ser-
viendi a-
licui do-
mino.

17. Dolo facit, qui petit quod restituere oportet eundem.
18. Ea quæ sunt à iudice, si ad eum non pertinent officium viribus non subsistant.
19. Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet.
20. Ex eo quis non debet fructum consequi, quod visus exitit impugnare.
21. Exceptionem obijciens non videtur de intentione contrarij confiteri.
22. Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari.
23. Frustra fidem sibi quis postulat ab eo servari, cui fidem à se prælitam servare recusat.
24. Generi per speciem derogatur.
25. Ignorantia facti, non juris excusat.
26. Imputari non debet ei per quem non stat, si non faciat quod per eum fuerat faciendum.
27. In alternativis debitoris est electio, & sufficit alterum adimplere.
28. In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.
29. In Generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verosimiliter in specie concessurus.
30. In iudiciis non est acceptio personarum habenda.
31. In malis promissis fidem non expedit observare.
32. In obscuris minimum est sequendum.
33. In pari delicto, vel causa potior est conditio possidentis.
34. In poenis benignior est interpretatio facienda.
35. In re communi potior est conditio prohibentis.
36. In toto partem non est dubium contineri.
37. Indultum à jure beneficium non est alicui auferendum.
38. Infamibus porta non pateant dignitatum.
39. Inspecimus in obscuris, quod est verosimilius, vel quod periculum fieri consuevit.
40. Qui in jus succedit alterius eo jure, quo ille, uti debet.
41. Is qui tacet non fatetur, sed nec utique negare videtur.
42. Compulerari non debet aliquis cum alterius injuria vel jactura.
43. Mora sua cuiuslibet est nociva.
44. Mutare consilij quis non potest in alterius detrimentum.
45. Nemo potest ad impossibile obligari.
46. Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur.
47. Non debet aliquis alterius odio prægravari.

48. Non

48. Non est in mora qui potest legitima exceptione se tueri.
49. Non est obligatorium contra bonos mores prælitum juramentum.
50. Non est sine culpa qui rei, quæ ad se non pertinet, se immisceat.
51. Non firmatur transitu temporis, quod de jure à priore non subsistit.
52. Non licet actori quod reo licitum non existit.
53. Non prælit impedimentum, quod de jure non fortitur effectum. (ligatur)
54. Nullus ex consilio dammodo fraudulentum non sit, ob-
55. Nullus ut pluribus defensionibus prohibetur.
56. Odia restringi, & favores convenit ampliari.
57. Peccatum non dimititur, nisi restituatur ablatum.
58. Peccati venia non datur nisi correptis.
59. Pluralis locutio dierum numero est contenta.
60. Plus semper continet in se quod est minus.
61. Possessor male fidei ullo tempore non præscribit.
62. Potest quis per alium quod potest facere per se ipsum.
63. Præsumitur ignorantia ubi scientia non probatur.
64. Privilegium Personale personam sequitur, & extinguitur cum persona.
65. Pro possessore habetur, qui dolo desit possidere.
66. Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda.
67. Quæ contra jus sunt debent utique pro insectis haberi.
68. Qui ad agendum admittitur, est multo magis ad excipiendum admittendus.
69. Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere.
70. Qui facit per alium est perinde, ac si faciat per se ipsum.
71. Qui prior est tempore, potior est jure.
72. Qui sentit onus, sentire debet commodum, & contra.
73. Qui tacet consentire videtur.
74. Quod alicui gratiosè conceditur non debet aliis trahi in exemplum.
75. Quod ob gratiam alicui conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum.
76. Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari.
77. Quod quis mandato facit iudicis dolo facere non censetur cum habeat parere necesse.
78. Quod semel placuit, amplius displicere non potest.
79. Ratihabitionem retrahi, & mandato non est dubium comparari.
80. Rationi

80. Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore.

81. Ratum quis habere non potest quod ipsius nomine non est gestum.

82. Scienti, & consentienti non fit injuria, neque dolus.

83. Semel Deo dicatum non est amplius ad profanos usus transferendum.

84. Semel malus semper praesumitur esse malus.

85. Sine causa nisi subsit causa non est aliquis puniendus.

86. Sine possessione praescriptio non procedit.

87. Utile non debet per inutile vitari.

DISPUTATIVNCVLÆ

interjacentes.

RESOLUTIONES VARIÆ.

RELIGVIÆ.

^{a P. Azor. lib. 6, c. 8. & Comm. DD.} 1. Privato cultu potest a colli reliquia viri communiter pro sancto habiti, qui creditur esse in cælo.

2. Reliquiæ falsas obijciens adorandas pro veris peccat b mortaliter. Item qui utitur falsis vel veris pro turpi questu, vel novis nondum approbatis ab Episcopo, aut utens reliquiis etiam veris vanâ observatone, vel superstitione.

^{c Dian. p. 1, et. 15, et. 35.} 3. Reliquiæ recentè inventæ ab Episcopo sunt c approbandæ, ad quarum approbationem sufficit moralis certitudo, nec est necessaria evidentiâ. Et Episcopus licet adhibeat in consilium Theologos, non tenetur illorum sequi sententiam, quia non habent decisivum suffragium, sed tantum consultivum. Et hanc approbationem potest facere extra diæcesim, quia non est actus contentiosus jurisdictionis; sed non potest populo adorandas proponere cultu publico, nisi fuerint sancti canonizati, vel beatificati.

^{d Idem. p. 5, et. 5, et. 35.} 4. In furto reliquiarum non potest esse parvitas materiæ, gravitas autem non est pensanda ex quantitate tantum, sed ex dignitate & raritate, unde furari minimam particulam ligni sanctæ Crucis erit mortale, nisi devota ignorantia excusetur.

RENVN-

RENUNCIATIO.

1. Renunciatio facta sponte a filio, & juramento confirmata etiam strenuissime lædatur obligat a in foro interiori non verò in exteriori, quia dolus praesumitur. ^{a Vide Navar. c. 17, n. 152.}

2. De renunciatione beneficii, vide verb. Beneficium, & verb. Ordo.

REPETITIO.

1. Repetitio non datur a de dato ob delictum, nec ab a. ^{a Navar. c. 19, n. 19.} Sum turpem libidinis. Datur autem de amisso in Judo contra leges Hispaniæ.

2. Repeti potest quicquid datur alicui ne faciat b quod non facere tenebatur: vel ut faciat, quod ex iustitia, vel ex alia virtute facere debebat. ^{b Idem. c. 17, n. 33.}

REPRESSALIAE.

1. Repressalias concedens, a vel extendens ad Ecclesiasticas personas excommunicationem incurrit, nisi intra mensem revocaverit. ^{a Repressalia. id est, aditione pignori pro debito. b Navar. ubi sup. c. 17, n. 156. c. Trid. sess. 6. de re. for. cap. 1.}

2. Concedens repressalias contra b clericum ob sibi debita scilicet iudicans convenire non incurrit excommunicationem.

RESIDENTIA.

1. Circa residentiam à Concilio Tridentino statuta a sunt sequentia.

2. Episcopus, vel ei superior sine justa causa sex menses absens ab Episcopatu amittit quartam partem si alios sex menses alteram quartam partem si ultra, denuntiatur Papæ Beneficiariis si cogantur residere, requiritur eorum presentia personalis. Privilegium in absentia percipiendi fructus nulli proficit nisi de rationabili causa ab Ordinario approbata fuerit concessum, & tunc pro illius absentia alius ab Episcopo substituitur cum stipendio assignato fructuum. Causa licita absentia Episcopi approbetur à Papa, vel à Metropolitanis, vel ab Episcopo antiquiore, à quo etiam Metropolitanis approbentur. Absentia ob bonum reipublicæ Episcopatu adjunctum licita est Item absentia Episcopi pro duos, aut tres menses ejus conscientia relinquatur. Ultra hos absens non retinet bonâ conscientia fructus, nisi debet frui eis. Quod etiam procedit ad Beneficiarios Curias, qui si licitè, & cum licentia Episcopi abfuerint, providentur pro eis alius substitutus cum debita mercede. Licentia ultra bimestre sine causa gravi non datur.

3. Parochus ex justa causa b potest abesse etiam sine licentia in scriptis. ^{b Comm. DD.}

4. Quod-

4. Quodlibet beneficium etiam tunc exigit residentiam, & peccat e mortaliter, qui non residet sine iusta causa. Haec possunt esse quinque. 1. Auditorio Theologiae, vel juris Pontificii ad quinquennium vel praefectio utriusque quamdiu duraverit. 2. Obsequium Episcopi, vel Ecclesiae. 3. Obsequium Papae. 4. Legitima licentia. 5. Consuetudo honesta.
5. Residentia Episcopi, vel Parochi est *d* de iure divino.
6. Capellani Regis absentes faciunt fructus suos ex privilegio.
7. Major absentia permittitur Dignitatibus, & Canonicis, quam Parochis.
8. An vero fructus per non residentiam amissi sint restituendi ante iudicij condemnationem, alii negant, alii a iure probabilis, qui id Tidentium videtur innuere.
9. Qui non residet tenetur per alium tot Missas celebrare quot tenebatur residens.

a Navar. c. 27, n. 222.

d Idem ubi sup.

a Idem ubi sup.

DISPUT. II. SECT. I.

RESOLUTIONES VARIAE,

RESTITUTIO.

De restitutionis definitione.

- a* D. Th. 1, 2, q. 62, art. 1.
1. Restituere est aliquem iterato statuere in possessionem, vel dominium rei suae. Vel ut brevius definatur: est actus iustitiae commutativa, quo damnum proximo datum restituitur ad aequalitatem.
2. Est necessaria ad animae salutem, & obligat per modum praeccepti, & hoc praecceptum est de iure naturali divino obligans semper, & pro semper ad non detinendum alienum, & indeo qui potest, & non restituitur continuo peccat.
- EX QVA RADICE oritur habeat restituendi obligatio.
3. Oritur ex duplici radice, ex iniusta scilicet acceptione, & ex re accepta; & inter haec est maximum discrimen, quia obligatio orta ex iniusta acceptione obligat, etiam si res perierit; illa vero, quae oritur ex re accepta non durat, si res sine culpa perierit.
4. Oritur etiam ex contractibus ad solutionem, ut emptio, & mutuo, & aliis.

d Aug. a. pist. 54, refertur in c. si res aliena 14, q. 6.

d D. Th. 2, 1, q. 62, art. 6.

QVAE CVLPA restituendi obligationem inducat? Vide verbum Culpa.

5. Qui habet obligationem ex vi officii tenetur de dolo, lata culpa, & levi, sed non de levissima, & sunt *d* qui dicant non teneri de levi. Unde Advocatus, & Judex, qui erat in apicibus juris non tenentur e restituerent.
6. Qui gratis, & sine stipendio officium obit, non tenetur nisi de dolo, & lata culpa. Unde Confessarius, qui ex sola charitate, vel obedientia Confessiones audit, non tenetur nisi de dolo, & lata culpa; & tunc dicitur latam culpam habere, quando advertit rem dubiam esse: an obligatio sit, vel non ad restituendum, & neque interrogat, neque itudet, & ideo errat.
7. Cum obligatio oritur ex delicto, non tenetur qui damnum intulit nisi ex dolo, vel lata culpa, non vero ex levi, vel levissima secundum probabiliorum sententiam, licet in foro exteriori damnetur pro levissima.
8. Idem die quando damnum a servis, & animalibus sine culpa domini b illatum fuit.
9. Naucleri, caupones, & stabularii qui depositas res stipendio custodiant, tenentur in foro exteriori etiam de levissima ex quadam lege.
10. Qui damnum intulit ex ignorantia concomitante, ut qui inimicum occidit putans esse feram, quem nihilominus occideret, secundum probabiliorum non tenetur restituere.
- AN QVI DAMNUM fecit, quod alteri imputatur teneatur restituere.
11. Cum damnum factum a Joanne Petro imputatur, sumptus factos a Petro, quos Joannes facere debebat, tenetur a Petro restituere.
12. Si cum damnum fecit, scivit, vel scire debuit Petro imputandum fore, tenetur a restituere Petro damna omnia, quae propterea passus est.
- QVAE PERSONAE ad restitutionem teneantur?
13. Cum damnum secutum non est, non est restituendi obligatio.
14. Novem personae restituere teneantur p ratione acceptionis iniustae, quae his carminibus continentur.
- l*ussu, consilium, consensu, palpo, recursum, Participans, mutuo, non obstant, non manifestans.
15. Rati habitationem retrahi, & mandato non est dubium compa-

d Lessi la. de just. c. 7, dub. 7.

a Navar. conf. 4, n. 6, lib. 5.

f Rebel. de just. 1, p. 1, 19, q. ult.

g Panor. in c. sicut dignum de homic. b Moli. to. 3, d. 19, 711.

i Vill. to. 2, tra. 1, dif. 4.

i Comm. DD.

m Vide Navar. c. 15, nu. 179.

n Idem ubi sup.

o Comm. DD.

p Vide D. Th. 2, 1, q. 62, art. 7.

comparari. Hoc est verum in contrahibus, & delictis quoad poenam, & quoad culpam, non verò quoad restitutionem, quis in damnum non influit.

16. Qui subditis iussit damnum facere, non solum tenetur satisfacere damnum accipienti, sed etiam ipsis subditis, quibus injuriam fecit talia mandando, & tenetur restituere damnata, quæ propterea passi sunt.

17. Qui revocat mandatum non tenetur de damno, nec qui revocat consilium falsum declarando veritatem, ut qui consulit bellum afferens esse justum cum esset injustum, & postea revocat falsitatem.

18. Qui facit quantum in se est, ut dissuadeat ei cui damnum facere consuluit, non tenetur restituere secundum probabiliorum sententiam.

19. Qui consulit minus damnum parato facere majus, non tenetur restituere, nisi consulat faciendum alteri de quo sur non cogitabat.

20. Idiota, qui bona fide consuluit, non tenetur ad damnum restituere, nisi se doctum esse finxerit, vel sciens se doctum esse reputatum, & ideo consultum, non declaravit se esse illiteratum.

21. Qui consentit in damnum, quando consensus est causa damni, tenetur restituere; sed verò quando consensus non est causa damni, ut qui suffragium dat indigno post factum damnum ab aliis suffragiis, nisi hæc possit revocare, vel convinciant omnes ad damnum faciendum confederati.

22. Qui ignorant an reliqui iniuste suffragia latari sint, & etiam si hoc certo sciant cum suffragia secreta sunt, restituere non tenentur, si primi, sive postremi suffragia ferant.

23. Qui facinora progenitorum alicujus laudans, illum ad faciendum damnum aliquo provocat, restituere non tenetur.

24. Qui recipit malefactorem ut turtus crimen committat, & arma, vel res furto habitas custodit, restituere non tenetur. Secus vero si post illatum damnum illum recipit ut hospitium vel amicum.

25. Omnes, qui adjuvant, vel aliquo modo influunt in damnum faciendum restituere non tenentur. Advertendum tamen an actio sit intrinsecè mala, & continens injustitiam; si enim non est intrinsecè mala, potest ex justa causa excusari. & à peccato, & à restitutione: & ideo ancilla sternens lectulum meretrici non peccat, nec famulus numerando pecuniam à Domino usuris acquisitam; peccabit tamen, & restituere tenetur.

g Less. l. 1. de just. c. 13, dub. 3. n. 13. Rebel. de just. l. 1. p. lib. 2. q. 14 & 15. f Less. ubi sup.

§ Suar.

n Less. ubi sup. n. 21. Rebel. ubi sup.

g Less. l. 2. c. 18, dub. 2. n. 21.

x Comm. DD.

a Comm. DD.

f Comm. DD.

e Reb. de just. l. 1. q. 14. n. 33.

tenebitur, si illam exigat à mutuario, quia hoc est intrinsecè malum.

26. Qui non habet ex officio impedire damnatum alterius, non tenetur cum gravi damno proprio, etiam si stipendium à idem acceperit; tenebitur autem cum damnum proprium non est ubi sup. nam. 6.

27. Qui dubitat facta diligentia debita an ipse damno causam dederit non tenetur restituere secundum probabiliorum.

AN NECESSARIUM sit, ut quis teneatur restituere, quod sit damni causa, sine qua non?

28. Qui occidit eum quem alius occiditur erat, vel furatur quod alius furaturus erat, nihilominus restituere non tenetur.

29. Cum quis ita erat animo determinatus ad damnum inferendum, ut etiam si nullum ei daretur consilium inferret tamen, restituere non tenetur qui consilium dedit.

30. Qui consulit ad damnum vel consilio, vel auxilio, influere in illud, quod nihilominus faciendum erat consilio, vel auxilio alterius restituere non tenetur.

31. Qui casti vidit scalam postam à fure, & illam tenuit, ut ascenderet; ascensus nihilominus sine adjutorio illius, non tenetur restituere propter levem influxum.

DE CUSTODIBUS ac publicis ministris, quæ quando teneantur ad restitutionem? Vide verb. Custos.

32. Cum dissimulavit res in quibus solum est poena sine damno, licet peccat mortaliter non tenetur restituere secundum probabiliorum sententiam. Cum autem poena solum est corporalis non manent ministri ad illam, nec ad ejus restitutionem obligati.

33. Cum solent injurias, vel extorquent indebita teneantur ad restitutionem.

QUÆM ORDINEM in restitutione faciendâ servare debent, qui damnum involuntariis?

34. Omnes qui simul ad totum damnum inferendum convenerunt in solidum restituere non tenentur; & qui ad partem, non tenentur.

35. An milites, qui urbem spoliaverunt non teneantur in solidum, vel ad solam partem damni, quod fecerunt alii adjungi, vel non? Affirmativa videtur probabilior.

36. Qui rem furatam tulit præcipue est ad restitutionem obligatus, quia facta reliqui liberatur. In hoc defectu tenetur, qui damni principalis causa fuit, vel mandando, vel exhortando, quod restituente caeteri liberantur.

e vide Mol. de just. to. 2. dist. 716. num. 6. f Idem de just. to. 1. ubi sup. num. 3. g Comm. DD. i Molin. ubi supra.

f Idem de just. to. 1. ubi sup. num. 3. g Comm. DD.

i Molin. ubi supra.

i Mol. to. 2. disp. 719. art. 1.

m Comm. DD. n Comm. DD.

e Less. lib. 2. de just. l. 1. disp. 42. p Comm. DD.

g Rebel-
de oblig.
iustit.
7 D. Tho.
1, 1, q. 6,
art. 6.

17. Dominus servi, qui alium servum occidit in conscientia nihil restituere g tenetur, nisi post condemnationem.

18. Cum multi aequaliter ad damnum concurrunt, singuli tenentur ad partem, sed alius restituens tenetur in solidum non etiam tenetur in solidum restituere tenentur singuli suam partem restituere.

19. Si tamen nullus alium adjuvit, nec fuit causa, ut concurreret, solum tenentur ad suam partem.

20. Bene potest creditor uni, & non alteri partem remittere.

SECTIO II.

QUAM RESTITVENDI OBLIGATIONEM habeat, qui rem alienam bona fide possidet.

¶ L. 6n. de
debito c.
de rer.
vend.

1. Statim, ac scit rem alienam esse a tenetur restituere, nisi legitima praescriptione rem suam fecerit. Si autem dubitat an res sit aliena, tenetur diligenter inquirere. Quod si adhuc postinquisitionem dubius est, non tenetur ad restitutionem.

¶ D. Tho.
2, 2, q. 61,
art. 6.
¶ Reb. ubi
sup. lib. 2,
q. 4.
¶ Idem
ubi sup.
q. 4, n. 10.
¶ Vide
L. 11. ubi
sup.

2. Qui bona fide rem alienam consumpsit solum ad id b tenetur, in quo dicitur factus est. Unde, qui rem etiam lata culpa amisit non tenetur restituere. Si autem alteri illam donavit tenetur eum monere alienam esse, & si ex ea fructus percepit, tenetur eos restituere in quantum a dicitur factus est. Idem dicitur de fructibus industrialibus.

3. Qui bona fide rem alienam vendidit, quam ipse a fide ignorans emerat, si post venditionem cognovit rem furto habitam fuisse, non tenetur s emptorem, nec dominum rei ad monere, si ex eo sibi damnum timet, vel iudicat pretium non esse recepturum. Si vero potest recuperare pretium rei, tenetur emptori reddere pecuniam acceptam, & ipse tenetur rem venditori reddere, quam potest illi sui reddere, si aliter pretium recuperare non sperat. Sunt tamen viri docti, qui hoc ultimum licere negant.

¶ D. Th. 2,
2, q. 62,
art. 4.

4. Debitor morosus qui potuit sine gravi damno debitum solvere tempore assignato, s tenetur de damno & lucro cessante.

QUANTVM

QUANTVM debeat restituere qui rem alienam mala fide accepit?

1. Tenetur g non solum rem, sed naturales fructus ejus restituere.

2. Qui scit rem esse alienam non satisfacit b pretium rei restituendo, sed rem ipsam si potest secundum atributionem, quam habebat, cum illam accepit, si tunc culpabiliter illam non restituit.

3. Est res peccat etiam sine culpa sua s debet eam Domino restituere, nisi in potestate Domini aequaliter esset pertitura. Si autem res durat, etiam si in potestate Domini esset pertitura, eam restituere tenetur.

4. Sumptus factos, & meliorationes l potest sibi retinere male fidei possessor, ut si domum refecit, & melioravit, sed debet etiam injuriam recompensare.

5. Cui RESTITVIO faciendafit?

6. Qui rem accepit ab injusto possessore, eam vero Domino restituere m tenetur, si aliunde potest pretium quo illam emit recuperare.

7. Si rem a iusto possessore accepit illi est restituenda, & in dubio ei s reddenda, qui eam possidebat.

8. Si fictus pauper elemosinam accepit, vel danti, vel veris pauperibus o debet restituere.

9. Cum Dominus rem petit tempore, quo ei perniciosa erit, non est s reddenda. Si tamen petit pecuniam juridicè etiam si scias eam consumpturam esse vivendo luxuriose, illam reddere debes, nisi fit in g damnum tertii.

10. Cum rei Dominus facta diligentia non potest inveniri danda est pauperibus, vel operibus piis, quod est / de jure positivo.

11. Si dubium sit inter duos, quis sit verus Dominus, inter eos s dividenda est.

12. Si de Domino non constat, constat autem de loco, ibi pauperibus n danda est.

13. Mortuo Domino x danda est hæreditibus, si autem hæredes non sint, datur pauperibus.

14. Cum obligatus ad restitutionem faciendam pauperibus ipse pauper est, potest ex Confessoris consilio sibi partem, vel totam retinere.

15. Cum res pauperibus bona fide data fuit, si comparat x Dominus nihil ei s reddendum est.

16. Cum Dominus abest in regione longinqua, nec reditus speratur, & rem mittere difficile est, a reddenda hære-

¶ Sil. verb.
rest. 1, q.
¶ VIII. ar.
11, d. 11.

¶ Idem
ibidem
¶ Covar.
reg. procu-
rum n. 1,
m. Comin.
DD.
¶ ex lin-
teris de
rest. spo-
liat. & in
dubio nō
est preti-
um menden-
dum.
¶ Ex l. si
per erro-
rem li de
juridic.
om. iudic.
¶ D. Tho.
2, 2, q. 61,
art. 5, ad 1.
¶ Vill. to.
1, c. 11,
dist. 1. n. 6
¶ D. Tho.
ubi sup.
¶ Co. cum tu
de iur. f.
¶ Villal.
ubi supra.

¶ Comm.
DD.
¶ Comm.
DD.
¶ Ex reg.
81, de rec.
sol. iur.
lib. 6.
¶ Comm.
DD.

660

Restitutio.

bus & in horum defectu pauperibus, vel Missa pro eo dicenda sunt.

6 Henriq. lib. 6, de indulg. c. 21, n. 3. 20. Qui habet bona pauperibus distribuenda, & potest Cappellaniam fundare pro Domino, & sibi jus patronatus referre.

21. Qui à Religioso injuste accepit rem, qua ille cum licentia utebatur, ipsi Religioso eam reddituris c est Si autem accepit ob turpem causam, non ipsi, sed Prælo reddenda est.

22. Cum tuus creditor debet alteri propter eandem causam propter quam tu debes ei, & debitum est liquidum, satisfaciis d solvendo creditori tui creditoris, ut si conduxisti domum à Petro, qui illam conduxit à Joanne & satisfaciis solvendo Joanni.

23. Cum autem debes ex causa diversa Petro, propter quam Petrus debet Joanni non satisfaciis solvendo Joanni secundum probabiliorem sententiam. Si autem certo scires Joannem nunquam rem suam aliter recuperaturum, & teneberis secundam sequi sententiam.

CVI RESTITVENDA sunt bona monstrensa? Vide verb. Monstrensa bona

AN RESTITVENDVM sit quod accipitur ob turpem causam?

24. Qui promisit aliquid ob turpem causam antequam executioni mandetur, tenetur & contractum rescindere. 25. Qui aliquid accepit ob malum faciendum, & non facit, tenetur b acceptum restituere danti.

26. Cum datur illicitè, sed a recipitur licitè non est obligatio restituendi.

27. Cum recipitur, quod valorem non habet, vel recipitur per simoniam, restitui debet.

28. Quod accipitur injuste contra voluntatem dantis debet restitui, ut quod extorquetur à iudicibus, vel illorum ministris. Idem d dic de dato pro fraudem, vel metum.

29. Quod datur propter opus turpe, sed sine injuria alterius, non est restituendum. Idem dic de meretrice, & vide verbum Meretrix.

30. Quod promittitur scurris, ut injurias sustineant n solvendum est.

31. Quod recipitur ob causam turpem in qua est damnium tertii spectato solum jure naturali non est restituendum, sed de jure positivo in foro exteriori acquiritur fisco, vel ut alii ajunt pauperibus, vel tandem ut alii, ei qui injuriam accepit.

An verò hæc restitutio faciendâ ante vel post condemnationem

nem non convenit inter DD. probabilius videtur non obligare ante obligationem.

AN RESTITVENDVM sit quod accipitur propter opus bonum, quod quis alias facere tenebatur? vel propter malum quod non facit?

32. Quod quis accepit ob opus bonum quod ex justitia facere tenebatur restituere o tenetur. Si autem ex sola charitate non tenetur secundum probabiliorem.

33. Cum quis dat pretium alieni, ut faciat bonum vel omittat malum, quod illius non interest, censetur donare, & ideo accipiens non tenetur p restituere

34. Qui rem alterius amissam invenit non potest aliquid pro inventione accipere nisi sit consuetudo, promissio, aut lex, q ut in accipitire,

VBI FACIENDA est restitutio, & cujus sumptibus?

35. Qui injuste rem accepit eam tenetur reddere creditori propriis expensis, & ubi creditor est Si autem Lima res accepta est, & creditor Hispaniam petivit sumptibus creditoris illius r portanda res est.

36. Qui justè rem accepit ibi r tenetur restituere ubi accipit, nisi fuerit mora, vel pactum aliter faciendi.

37. Cum sumptus faciendus in mittenda r vel acquat, si non excedit principale, si potest fieri admodum r creditor, si non potest & fuit justa acceptio, detur pauperibus vel operibus piis. Si acceptio fuit injusta, mittatur accipientis expensis secundum probabiliorè sententiam, vel sententiam benigniorem r detur pauperibus.

38. Si res ab injuste accipiente missa perit in via ipsi perit. Si à justè accipiente missa per virum fidelem Domino perit.

Quomodo restituendum sit?

39. Cum creditor sponte debitum remittit non est r restituendi obligatio.

40. Cum delictum est occultum, res occultè restituenda est per tertiam personam.

AN OBLIGATVS ad restitutionem statim illam facere teneatur, vel possit illam differre.

41. Qui ad restitutionem tenetur b statim si potest, debet restituere, vel à creditore dilatiorem impetrare.

42. Dum non restituit, qui potest, est in actuali peccato, & toties peccat quoties habens animum restituendi illum revocat. Dum autem perserverat sine interruptione in eodem non restituendi proposito, unum tantum peccatum continuatum o committit cum tali circumstantia illud aggravante.

L. 2. ff. de cond. ob tarp. cau.

p Less. de just. lib. 21. c. 14. n. 69. gl. 5. tit. 62. ordi. nat.

r Villal. ubi sup. dif. 18 n. 1.

r Comm. DD.

r Villal. ubi sup. num. 7.

n Idem ibidem.

n Idem ibidem. y Comm. DD.

n Comm. DD.

n Vill. dif. 19. nat.

6 D. Tho. 2. 1. q. 61. & q. 5.

n Vide Vill. ubi supra dif. 20.

Comm. DD.

d Rebell. ubi supra. sec. 3 n. 10.

4. L. utrum praf. ff. de const. pe. cu.

f Less. lib. 2. c. 10. n. 60.

g Comm. DD.

h Navar. in sum. e. 17. n. 30.

i Comm. DD.

J Rebell. ubi sup. q. 16. n. 4.

m L. idem parag. sed quod meretrix. ff. de cond. ob turp. caus.

n Comm. DD.

o Villal. ubi sup.

2 Comm.
DD.

43. Cum quis non potest bona temporalia restituere sine periculo vitæ, vel infamiae, non tenetur. *d*

44. Cum creditor, & debitor sunt in necessitate extrema non est obligatio restituendi.

4 Vide

L. l. 1. 1.

de iust. e.

16. dub. 1.

num. 7.

f. Comm.

DD.

f. Comm.

Theolo-

gorum.

4 Comm.

DD.

4 Sil. verb.

rest.

f. arg. l. fin.

c. qui bon.

cedere

possint.

4 Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

4 l. 3. ff. de

cell. bon.

f. Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

4 Vide Na-

var. in

sum. c. 17.

num. 91.

f. Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

45. Cum debitor patitur grave damnum, quia multum ab eo est restituendum, non excusatur. *f*

46. Cum debitor male acquisita ad honorabiliorem gradum ascendit etiam cum detrimento illius restituere tenetur. *g*

47. Qui non potest restituere sine magno detrimento rei familiaris vel proprii status iuste acquisitæ, potest h. solutionem differre; sed debet sumptus coarctare. Quod non procedit: cum creditor est in eadem, vel aequali necessitate.

48. Cum debitor non potest omnibus creditoribus satisfacere, & habere expectat post aliquod tempus, potest h. solutionem differre.

49. Regulariter loquendo non debet artifex, artis instrumenta vendere ut restituat.

50. Qui sine culpa solutionem differit non tenetur damnum restituere.

51. Qui facit bonorum cessionem, tenetur o. ut antea si potest restituere. Idem dic de eo, qui facit litem creditorum, si vero suorum bonorum valorem fideliter declaraverit, & sumptus superfluos excuset, tutus in conscientia erit.

52. Cum restitutio perniciofa creditori, vel alteri futura est, potest p. differri.

53. Creditorem excommunicatum esse non excusat q. a. solutione.

AN RES inferioris Ordinis restituenda sint cum amissione rerum ordinis superioris.

54. Regulariter loquendo respondetur negative.

55. Fama, & honor, quæ ex virtute nascuntur præferuntur f. etiam vitæ omnium rerum pretiosissima.

56. Adultera, & quæ suppositum filium non tenentur restituere cum periculo infamiae.

4 Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

SECTIO III.

DE ORDINE SERVANDO IN
solutione faciendâ, quando plures
sunt creditores.

1. Cum potest debitor omnibus creditoribus satisfacere ordinem non tenetur servare.

2. Leges humanæ circa hunc ordinem servandæ s. sunt etiam in interiori foro secundum communem sententiam; licet sint qui dicant solum obligare in foro exteriori.

3. Debita certa incertis præferenda sunt. Et idem dic cum debitum est certum, creditor autem incertus, in quo casu piis operibus, vel pauperibus dandum est.

4. Quando res est in propria specie, & dominus ignematur danda est pauperibus, & non creditoribus.

5. Inter debita certa prius solvenda s. sunt quæ manent in propria specie.

6. Qui rem vendidit, & pretium ejus nondum accepit, etiam si fideiussorem acceptaverit, si res in specie maneat, aliis creditoribus præferendus est secundum probabiliorem.

7. Inter alia debita primo loco sumptus funeris solvendus est, in hoc tamen non sunt consumenda bona aliena, quæ extant in specie.

8. Inter creditores præferendi s. sunt, qui habent actionem realem in bona hypothecata, quæ sint hæc bona vide in Villalobos.

9. Inter hypothecas regulariter loquendo præferendæ s. sunt priores.

10. Bona paraphernalia uxoris non habent prælationis privilegium.

11. Hypotheca tacita dotis præferatur talis tacitis, non vero expressis anterioribus. An vero expressis dotis præferatur expressis anterioribus, alii negant, alii a jure probabilis.

12. Debita privilegiata præferenda sunt etiam si creditor non compareat, & facta diligenter pauperibus reddenda s. sunt, vel fiat compositio per Bullam, si bona non sufficientia ad alia debita solvenda.

13. Hypotheca generalis anterior præferatur speciali posteriori.

4 Comm.

DD.

4 Mol. de

iust. fo. 1.

disp. 760.

4 Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

4 l. procu-

ratoris

parag.

plures ff.

de trib.

ad. l. cum

fundum

parag. ser-

vum. ff. de

certum

pet.

ff. de

quibus cau-

sibus pi-

gnus & c.

4 l. penul.

ff. de re-

lig. & sup.

funer.

4 Vill. ubi

sup. & l.

prædubi-

to c. de

bon. au.

jud. post.

4 Comm.

DD.

Ex Covat.

lib. 1. var.

c. 704.

4 Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

4 Comm.

DD.

SECT.

Ti 4

14. Inter 90.

14. Inter creditores non habentes actionem realem bona dividenda sunt pro rata.

9 Comm.
DD.
Ex Mol.
ubi supra
disp. 336.

15. Diligentiori potest prius solutio fieri, etiam si debitum posterius sit, & potest etiam in foro interiori iuste retinere, quamvis reliqua bona non sufficiant ad reliqua debita solvenda. Quod noster Molina etiam verum esse asserit quamvis alij creditores sint privilegiati, dummodo non habeant hypothecam.

p Villal.
ubi supra
dis. 24, n.
10.

16. Probabilis, & pia sententia est excusatum esse, qui prius solvit in necessitate confitendo, aliter autem non potest debitor ordinem praevertere.

9 Idem
ubi supra
num. 11.
9 Less. lib.
1. c. 15.
dub. 3, no.
16.

17. Mercator antequam faciat bonorum cessionem potest solvere cui maluerit, non autem post cessionem, vel habens jam animum illam faciendi, vel in statu ad id cogente.

f Idem
ubi supra
dub. 6.

18. Debita certa personalia pro rata solvenda sunt five procedant ex delicto five non. Sunt tamen qui asserunt quae ex delicto procedunt esse praeserenda; alij e contrario anteponunt iuste contracta, sed prima sententia videtur probabilior.

19. Valde probabile & ratione congruum est ut debita personalia prius contracta, prius solvantur, quod in conscientia tutum est.

DE SPIRITUALIVM bonorum restitutione.

9 Silv.
verb. rest.
391.

20. Qui alium ad peccatum inducit non tenetur restituere ratione iustitiae, tenetur aliquando ratione fraternae correctionis. Sunt tamen qui dicant teneri ex iustitia illum ad meliorem frugem revocare.

9 Villal.
ubi supra
dis. 25, n.
4.

21. Qui per metum, vim, aut fraudem alium ad peccatum inducit restituere tenetur secundum probabiliorum sententiam. Sed haec restitutio non est facienda in bonis temporalibus, nisi damnum fuerit temporale.

9 Idem
ubi supra
num. 7.

22. Qui habens docendi officium falsa docet, tenetur restituere. Quod si ex invincibili ignorantia docuerit illa, cum primum falsitatem cognoverit, tenetur restituere.

9 Comm.
DD.

23. Qui scit aliquam artem specialem quam alij ignorant, & qua ipse victum querit, non tenetur eam alios docere, ni sitas necessaria utilitati publicae.

QUI RETRAHIT aliquem ab ingressu religionis, vel jam ingressum extrahit ab ea, an tenetur restituere?

9 Villal.
ubi supra
dis. 26, au.
2.

24. Qui sine metu, vi, aut fraude alium disuadet ad religionis ingressu non tenetur restituere, nec peccat si hoc faciat ob bonum finem.

9 Comm.
DD.

25. Qui vi aut fraude novitium a religione extrahit, tenetur

tenetur illum monasterio restituere, non tamen pro eo ingredi religionem.

26. Qui religioso professo sine vi, aut fraude apostatae fuerit, non tenetur restituere. Si tamen vi, aut fraude, ipsi apostatae, & monasterio damna restituere tenetur.

9 Vill. ubi
sup. au. 3.

QVAE OBLIGATIO restituendi sit, quoad damnum temporale ei, qui alium occidit, iniuriavit, vel percussit.

9 Comm.
DD.

27. Tenetur restituere expensas curationis vulnerum, lucrum cessans, & alia damna secuta.

9 Comm.
DD.

28. Servum alienum iniute percussione reddens tenetur reddere Domino servi valorem, & servo alimenta.

9 Vide

29. Etiam si occisor capite damnetur a iudice, haec res illius tenetur omnia damna solvere, & eis, quos occisus debebat alimenta praestare secundum arbitrium boni viri, & tempus vitae defuncto duratura.

9 Les. lib. 2,
de iust.

30. Debita occisori non sunt f ab occisore solvenda, nisi ob eum linem fuerit occisus.

9 c. 3, dub.
19,

AN Alium occidit, vel percussit restituere tenetur damnum naturale.

f L. liber
homo ad
l. Aquil.

31. Si a iudice punitus fuit, damnum naturale restituere non tenetur, alias autem tenetur secundum probabiliorum.

9 Vide Less.
ubi supra.
g. o. 1. de in-
iuriis.

QVAM OBLIGATIONEM habeat, qui provocatus ad duellum, vel ob sui defensionem alium occidit.

9 Comm.
DD.

32. Si ambo sponte exierint ad duellum se invicem provocantes, nullam tenentur facere restitutionem, nec potest ab haerede defuncti peti.

9 Comm.
DD.

33. Cum unus eo solam exiit, quia aliter infamiam vitare non poterat, provocans ad fixam ad restitutionem tenetur, non vero provocatus.

9 Villal.
ubi supra
dis. 28.

34. Qui potuit se defendere non occidendo, nec percutiendo si occidat, vel percutiat ad restitutionem tenetur.

9 Comm.
DD.

35. Qui alium occidit se defendendo cum moderamine inculpatae tutelae ad nihil tenetur.

DE RESTITUTIONE ratione supra, adulterij, & aliorum actuum luxuriae?

QVAM OBLIGATIONEM habeat, qui virginem defloravit?

9 Rebel.
de iust. 1.
p. li. 3, q. 1

36. Si sponte ipsa consensit sine vi, aut fraude in foro interiori nulla est restitutio facienda, in exteriori autem obligatur. Cum autem puella est pauper, & defloratur a divite

e Villal. ubi supra dif. 30,

etiam consentiens secundum probabiliorum opinionem, debet ei dare partem dotis, quia vix hac tacita condicione consentit.

27. An patri puella aliquid restituendum sit quando ipsa in stuprum consentit, alii ajunt, alii negant et etiam quoad honorem ablatum.

28. Qui puella promisit etiam scire se illam ducturum, vel dotaturum, si consentiat tenetur pro promissis stare. Secus vero si pater noluit eam illi in uxorem dare, vel illa se alteri commisit, vel putans esse virginem corruptam invenit.

29. Qui vi, vel fraude puellam corrupit tenetur ei, & parentibus illius omnia damna inde secuta restituere.

40. Qui precibus importunis, vel osculis, & amplexibus nolentem vicit, ut consentiret, restituere tenetur.

41. Qui obituprum tenetur restituere, non debet solvere integram dotem ante condemnationem judicis.

42. Si nupta fuit æque bene, ac si non esset corrupta, vel religionem professã est, aut defuncta est, cessat restituendi obligatio secundum probabiliorum sententiam.

43. Qui puellam corruptam virginem reputatam sine vi vel fraude cognovit non tenetur restituere, nisi culpa illius famam amiserit.

44. Qui ancillam suam defloravit tenetur eam donata libertate in matrimonium collocare, vel arbitrio boni viri aliam satisfactionem dare.

e Lessius ubi supra, dub. 2, n. 3

e c. si culpa, de in. jur.

e Vill. ubi supra, n. 17,

SECTIO IV.

An peccet, & restituere teneatur puella, quæ aliquâ arte defectum suæ virginis abs occultavit marito?

1. Si mediis licitis defectum occultavit, non tenetur restituere, nec peccat, nisi in casu, in quo sciat maritum in defectus notitiam venturum, ægrè que laturum. Sunt tamen, qui dicant semper ad restitutionem teneri, sed minus probabiliter.

2. Meretrix habens infirmitatem contagiosam non tenetur restituere ei qui ex ejus consortio contagium contraxit. Secus vero in aliis non publicè expolitis: hi enim sive feminæ,

e Sanchez lib. 6, disp. 27, à n. 6.

e Vill. ubi supra, dif. 32, n. 1.

minæ, sive viri tenentur damna & expensas in curatione factas restituere.

Quam obligationem habeat, qui feminam fornicatam relinquit?

3. Si ipsa sponte consentit, non tenetur alere filium ex justitia, sed ex pietate. Si autem vi aut fraude feminam cognovit, tenetur illi restituere expensas factas propter scitum, & filium alere.

4. Qui sine necessitate filium alius alendum exponit, peccat mortaliter, & restituere tenetur.

Quam Restituendi obligationem habeant adulteri?

5. Adulter nihil restituere tenetur pro marito, nisi uxorem conceperit fornicatam secundum probabiliorum.

6. Si adultera fornicatam concipiat non tenetur adulter credere, nisi aliunde sit certus moraliter filium suum esse.

7. Non tenetur adulter restituere cum periculo vite, aut famæ.

8. Quæ maritum decipit supponens illi alienum filium tenetur restituere.

9. Si adulter credit suum esse filium, tenetur restituere marito, & filiis legitimis, & idem dic de adultera. Sunt autem, qui probabiliter doceant non teneri.

10. Adultera si potest sine periculo tenetur persuadere marito ut filios legitimos meliores, & ipsa idem tenetur facere, & persuadere spurio, ut ingrediatur religionem hereditatis incapacem.

11. An vero teneatur filio spurio suum crimen declarare, si sperat esse prostitutam alii ajunt, alii probabiliter negant; nisi jam de crimine sit infamata. Si autem moraliter non est certa filium esse spurium, ad nihil tenetur.

An Impediens alium ne bonum aliquid consequatur restituere teneatur.

12. Qui sine metu, vi, vel fraude persuadet domino rei, ut illam conferat minus digno, non tenetur restituere.

13. Qui precibus impetrat ab alio ne se beneficio opponat non tenetur restituere.

14. Qui sine vi, vel fraude alii persuasit, ut suffragium daret æque digno non tenetur restituere.

15. Qui metu, vel fraude impedit alium à consecutione alicujus boni, restituere tenetur.

16. Qui metu, vel fraude facit ut digniori beneficium detur, solum de injuria tenetur.

17. Qui precibus sine vi, aut fraude impetravit ab aliquo ne daret

e Idem

ibidem.

d. c. 6. culpa de injur.

e Comm. DD.

f Less. lib.

2, c. 10, d. 5,

e Comm. DD.

6 Comm. DD.

4 Vill. ubi

sup. dif. 4

num. 6,

Henr. lib.

1, de matr.

num. 1,

Comm. DD.

e Vill. ubi

sup. au. 9.

e Idem ubi

sup. dif.

44.

e Comm.

DD.

e Comm.

DD.

e Vill. ubi

sup.

f L. 1. & 2. si. si quis aliquo testamento probi. re. si culps de iniuriis. s Vill. ubi sup. n. 3. x Comm. DD. s Vill. ubi sup. n. 12.

daret alicui, quod ei debebatur ex iustitia distributiva, restituere s tenetur.

18. Qui metu vel fraude impedivit ne beneficium digno conferretur: tenetur in solidum restituere.

19. Qui etiam sine metu, vel fraude fecit, ut beneficium daretur digno, relicto digniori: tenetur restituere secundum probabilior em.

20. Qui non est obligatus aliunde ad restitutionem cathedralis, vel beneficii, non ex eo: tenetur obligatus quod ex odio impediverit.

21. Dignus, qui se bona fide opposuit digniori, & consecutus est beneficium non tenetur restituere.

SECTIO V.

De variis circa restitutionem resolutionibus.

1. Advocatus secundum D. August. tenetur restituere, quod accepit pro iniquo patrocinio.

2. Qui falso testimonio scienter exposuit aliquem vitæ periculo, tenetur eum liberare etiam cum propria vitæ discrimine. Si autem bona fide fecit tenetur retrahere, sed sine proprio periculo.

3. Qui testamentum mutari curavit, sed sine dolo non tenetur restituere. Si autem dolo fecit probabilis est peccare, & ad restitutionem teneri.

4. Cum est notabilis excessus pecuniæ: et etiam cum vitæ detrimento restituenda est.

5. Qui accepit, quod si petisset ei donaretur, restituere non tenetur, nec qui projecit in mare merces alienas, ne submergeretur navis, Nec qui videt puniri alium pro eo quod ipse fecit, & tacer.

6. Meretrix se virginem fingens, vel à solo nobili cognitam, ut majus pretium extorquat, restituere s tenetur.

7. Qui pro debito pecuniæ punitus est pena corporali, ad nil amplius tenetur.

8. Nec si restis falsus de pena, quæ obvenisset alicui, si verum dixisset, quia non debetur nisi post condemnationem.

9. Nec si qui accusatorem suum non potentem probare vocavit calumniatorem, quia sic tales in iure vocantur.

10. Nec

10. Nec si qui aliena læsit, ne suis damnum facerent cum non possent alter impedire.

11. Nec si qui rem donatam habet ab eo, qui potuit donate, etiam si servata non fuerit solemnitas juris, nisi sit res Ecclesiastica prohibita alienari, nisi cum tali solemnitate.

12. Nec si qui ex iusta causa pretium pro re restituit.

13. An restitutio faciendâ sit digno, vel digniori prætermissio in oppositione ad beneficium, an verò Ecclesiæ, non convenit inter DD. Ecclesiæ faciendâ videtur probabilis.

14. Qui iniuriatur ad comedendum de alienis etiam si bona fide comedit, tenetur restituere id, in quo factus est locupletior, id est quod propriis expensis substraxit. Idem dic de veste aliena.

15. Filius adulterinus, qui credit se talem, & hæreditatem acquisivit non tenetur tantum restituere quantum hæreditas valerit filius legitimis si ad eos pervenerit, sed arbitrio boni viri.

16. Vestis, quæ erat apud sartorem, & furata fuit non Domino sed sartori restituenda est, nisi suspicio esset quod sartor eam Domino reddidurus non esset.

17. Qui prior est tempore, potior est iure, intelligitur quando relicta sunt paria.

18. Usurarius prius debet solvere debita orta ex contractibus licitis onerosis, quam orta ex usurariis, etiam si hæc sint anteriora, & post hæc orta ex gratuito, ut ex donationibus.

19. Qui non restituit toties peccat quoties de novo proponit etiam virtualiter non restituere, verbi gratia utendore aliena.

20. Semel iustus restitutor non est absolvendus, nisi ex aliqua circumstantia iudicet Confessarius penitentem promissis litaturam.

21. Qui debitor contraxit ex gratuita donatione non est cogendus ad restitutionem sicut qui ex contractu oneroso; quia hic non se intendit obligare tanto rigore, ut solutionem non possit differre, nec peccat si ex aliqua rationabili causa differat.

22. Excusatur à restitutione, qui credit DD. respondentibus non teneri; non tamen excusatur, qui eos tantum consulit quos scit sibi placita esse responsuros.

23. Qui habet animum componendi se cum Cruciatâ peccat mortaliter, si, cum possit, ante compositionem non restituat.

24. Qui rem habet titulo emptionis vel venditionis, & cepit

Comm. DD.

Soto apud Sa hoc verb.

Comm. DD.

f Comm. DD.

g Sa hoc verb. n. 13.

h Navar. c. 1.

i Sa ubi pp.

Comm. DD.

Silv. verb. alien.

Comm. DD.

Comm. DD.

Navar. c. 17, n. 9.

Avil. Navar. hoc verb.

Comm. DD.

Comm. DD.

Comm. DD.

Navar. ubi sup. n. 13.

Comm. DD.

Navar. c. 17, n. 60.

Comm. DD.

Comm. DD.

Comm. DD.

Comm. DD.

Comm. DD.

pit dubitare an res sit furtiva cum rem caput possidere, tenetur faltem medietatem restituere, quia numquam fuit possessor bonæ fidei.

25. Qui rem furtivam emit ut Domino redderet sine expensis eam non recuperaturo, potest à Domino pretium exigere, utiliter enim negotium eius egit.

26. Dubitans an res sit aliena, & ex negligentia omittens diligentiam inquirendi Dominum cum possit invenire probabiliter, non tenetur restituere, quia dubius est an sua negligentia damnum alicui intulerit.

27. Qui aperiens literas Joanni missas ex eis cognovit vacasse Romæ beneficium, illudque impetravit non tenetur Joanni restituere, quia nullum jus illi abstulit, quod haberet.

28. Qui vi vel fraude vel falso testimonio impedit ne delinquentis bona Fisco applicentur, non tenetur ad restitutionem, quia Fiscus jus ad illud non habet ante condemnationem.

¶ Dia. p. 4.
Er. 4. rel. 67. 29. Qui rem suam bona fide fieri vendidit, & pecuniam furtivam vel cum suis immiscuit, vel consumpsit ad nihil restituendum tenetur.

30. Qui Confessario pecuniam tradidit restituendam, & postea cognovit restitutionem à Confessario non fuisse factam ad nil amplius teneri dicunt Lessius, & alii.

31. Qui proximo morte rem habet furto à se ablatam, vel emptam pecunia furto habita declarat tacto furto se debita habere secreto solvenda per suum Confessorem, & suam esse voluntatem quod talis res vendatur, & Confessori pretium detur. ne ab heredibus exigatur coram iudice.

32. Qui cum aliis furtum fecit si ipse non fuit causa, ut alii furarentur, partem quam furatus est restituendo satisfacit ex probabili sententia.

33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum non potest suppleri per quasunque elemosynas, quas antea beneficiarius de fructibus suis beneficii fecerit. *à Viso hora Canon. 1666. nica. 18. Mart.*

¶ Dia. p. 4.
Er. 4. rel. 67.
e Dian. in
comp. hoc
verb.

DISPUTAT. III. SECT. I.

RESOLUTIONES VARIÆ.

RESERVATIO.

DE RESERVATIONE CASVVM

Resolutiones varia desumptæ ex

P. Suar. to. 4. de pœnit.

1. Quando bona fide, & sine culpa pœnitentis ipse absolvitur à peccatis non præmissa absolutione ab excommunicatione non reservata Papæ, confessio à valida est, secus verò si reservata sit Papæ.

2. Peccata venialia reservari possunt, & inutiliter tamen, & sine fructu, & præter usum, Reservari item possunt & mortalia merè interna; sed de facto reservata non sunt.

3. Delegans facultatem absolvendi potest limitare facultatem concessam delegato & quando & in quibus voluerit. Item summus Pontifex & potest cæteris omnibus limitare facultatem absolvendi, & tenebit reservatio licet sine causa imponatur.

4. Episcopus prædicè, & moraliter loquendo limitare potest facultatem absolvendi, quâ Parochi funguntur, licet speculativè non satis probetur, cum non ab Episcopo, sed à Papa accepterit.

5. Subditus unius Episcopi per alterius dicere cessim iter agens ibi potest & absolvi à quolibet Confessario ordinario illius Episcopatus ab omnibus reservatus proprio Episcopo, dummodo ibi non sint reservata.

6. Ut concedatur petenti per se vel per alium facultas confitendi reservata inferiori satis esse debet quod nulla ratio negandi occurrat. At verò ad negandum semper debet esse specialis ratio, quæ id requirat. Cum vero superior ex relatione alterius cognoverit subditi animum obduratum esse, & nullo modo ad ipsum superiorem pro absolutione aditum, nec debet, nec potest negare, nisi peccatum sit in damnum aliorum tunc epim sibi imputet subditus si pereat.

¶ P. Suar.
to. 4. de
pœnit. sec.
2. n. 10.
¶ Idem
sec. 3. n. 2.
¶ Idem l.
bid. n. 3.
¶ Idem
sec. 4. n. 1.
& 2.
¶ Idem n.
6. & 7.
¶ Idem
n. 6.

¶ Idem
disp. 30.
sec. 2. n. 9.

¶ Idem
disp. 30.
sec. 4. n. 9.

7. Qui obdurato animo nullo modo superiori vult confiteri, mortaliter peccat, & secus vero si multum insillat.

8. Non tenetur superior facultatem subdito concedere ut quemlibet eligat idoneum; nec concedere, quem subditus petit, sed in hoc debet esse facilis ob bonam penitentis, nisi sit gravis causa negandi.

9. Quando inferior per alium facultatem à superiore petit consistenti alteri reservata, peccat superior, si personam subditi, vel alias circumstantias per quas in ejus notitiam deveniat, interroget, sive persona per quam facultas petitur rem in Confessione, vel extra Confessionem siverit, quia contra Confessionis sigillum, vel contra secretum naturale delinquit. Speciem vero peccati & consuetudinem interrogare superiori licet, ut vel penitentiam taxet, vel modum præscribat. At nec penitentiam, nec modum præscribat, nisi cum de Confessoris prudentia parum confidit. Et dum hujusmodi opera taxat ne ea condicione fiat, ut alias absolutio non teneat, esset enim hoc rigorosum nimis, periculis expotitum, & in rigore posset esse injustum.

10. Tunc soliam potest superior aliis peccatis relictis inferiori Confessario penitentem à reservatis absolvere, quando penitens necessitate morali non potest amplius suam Confessionem differre, & superior integram Confessionem audire non potest propter verum hie, & nunc impedimentum occurrens, nec potest moraliter aut non expedit alteri causam delegare. At hoc rarissimum est, unde vel integram Confessionem audiat, aut alteri deleget. Quodq; dictum est de superiore ordinario illis circumstantiis occurrentibus, idem dicendum de subdelegato eisdem circumstantiis occurrentibus.

11. Quoties penitens per solis reservatis per superiorem ritè absolvitur in casu supradicto, non tenetur eadem reservata Confessario inferiori iterum cum aliis peccatis non confessis confiteri.

12. Qui bona fide reservata cum non reservatis confessus fuit, non tenetur per cum advertit nisi solum reservata superiori confiteri. Secus vero si mala fide processit.

13. Confessarius si petat à superiore regulari facultatem absolvendi aliquem à reservatis, & neget, potest pro illa vice illum absolvere.

14. Regulares semel sine licentia suorum prælatorum possunt absolvi ab omnibus reservatis ex quodam privilegio Minorum. Superior delegatus ad reservata tollenda non potest aliter nisi sacramentaliter absolvendo. Quod si alio modo se

Idem ubi
supr.
Idem ubi
supr.

Idem
disp. 3, sec.
2, num. 17.

Idem
disp. 31,
sec. 1, n. 8.

Idem ubi
supr.

Idem
disp. 37,
sec. 1, n. 6;
Ex de eis.
Paul. V.
Vide Dis.
et. 1, et ef.
21 6, to. 7;
Suarez, de
rel. to. 4, l.
2, c. 19, n. 7
Vide Dis.
loc. cit.

gerat nil facit, nec reservationem tollit, Suarez disp. 3, sec. 4.

16. Si penitens à superiore in junctam penitentiam non adimpleat, graviter peccat, hoc autem peccatum non est reservatum nisi expresse à superiore reservetur.

17. Absolutus virtute Jubilæi à reservatis cum intentione exequendi conditiones à Jubilæo exactas, si postea non exequatur, licet graviter peccet, & neque hoc neque alia peccata manent reservata. Idem dicendum de obliis.

18. Absolutus à superiore de reservatis licet absolutio fuerit nulla ob defectum doloris, vel alia de causa, dummodo reservata confessus fuerit ab eorum reservatione liber & manet. Quod etiam verum est, si cum animo non respiciendi confessus fuerit si postea animum mutet.

19. Si subditus superiori legitime confiteatur reservata, ipse vero neque absolvere, neque ad alium remittere voluisset etiam injustè, non potest ab inferiori absolvi à reservatis, potest tamen à non reservatis cum onere comparandi coram magis superiore.

20. Si subditus superiori confiteatur ea intentione ut ab omnibus reservatis etiam obliis absolvatur, sciente superiore hanc intentionem, obliis jam non manent reservata. Secus vero si non accesserit tali intentione, nec superior illa intendit absolvere.

21. Cum quis absolvitur virtute Jubilæi obliis jam non manent reservata, nisi obliis ita culpabilis fuerit, ut absolutio nulla omnino fuerit.

Idem
disp. 31,
sec. 4, n. 3.

Idem
ibidem
n. 5.

Idem
ubi supra

Idem
disp. 31,
n. 7, sec. 4.

Idem
ubi supra.

Idem
n. 3.

REVELATIO.

1. Revelationes probandæ sunt sapientum judicio, sanctitate eorum quibus factæ sunt, veritate, & conformitate cum doctrina fidei.

DISPUT. IV. SECT. VNICA.
RESOLUTIONES VARIÆ.

R E V S.

VARIÆ CIRCA REVM
Resolutiones.

1. **R**eus de delicto interrogatus non servato juris ordine, potest illud occultare etiam si in damnum accusantis redundet, & potest dicere etiam cum juramento se illud non fecisse subintelligendo ut teneatur declarare.
2. Reus interrogatus legitime de crimine etiam gravissimo, peccat mortaliter illud negando. Ut interrogatio sit legitima hæc sunt servanda 1. Quod iudex sit competens. 2. Quod delictum sit probatum plene, vel semiplene. 3. Quod huiusmodi probatio sit illi notificata.
3. Reus peccat mortaliter socios occultos detegendo, nisi in crimine falsæ monete, maleficii, proditoris, læsæ maiestatis, & hæresis. Si verò socii tales sunt, ut merito credat se non esse emendaturos in damnum reipublicæ teneretur revelare, nec potest absolvi, si renuat facere.
4. Qui iuridice interrogatus negavit delictum, & ducitur ad mortis supplicium non tenetur revelare illud.
5. Accusatus de vero crimine occulto non tenetur illud fateri, nec famam restituere accusatori, quam perdidit eo quod non probavit, & quasvis rite interrogatus negaverit dicens accusatorem fuisse deceptum, imò etiam si dicat esse calumniatorem si cinon creditur.
6. Reus inauditus, & indefensus non debet condemnari.
7. Qui iniuste veritatem negavit non tenetur solvere poenam, nam ad quam se confessus fuisset, condemnaretur.
8. Qui propter aliquam circumstantiam in crimine, quod patravit à peccato excusatur mortali potest illud negare, etiam sub juramento utendo abstractione.
9. Criminalis non plene, sed semiplene probato in causa sanguinis,

a Dian. p.
3. tr. 1. ref.
91.

b Comm.
DD.

c Idem
Diana
ubi sup.
ref. 99.

d Idem
p. 1. tr. 3f.
ref. 6.
e Vafep.
apud Dia.
p. 1. tr. 1.
ref. 52.

f Comm.
DD.

g DD.

h Comm.

i Villal.
to. 3. tr.
16. dist. 3.

guinis, vel gravis dedecoris potest adhuc à reo negari, secus verò si sit plene probatum.

10. Fallum sibi crimen imponens ad vitandos graves cruciatus etiam si ob illud damnandus sit ad mortem, non peccat etiam cum juramento confessionem confirmans utendo abstractione.

11. Non potest in res ut se defendat falsum testimonium imponere testi falso, vel contra iuris ordinem testificanti.

12. Licitum est dare reo instrumentum ut infringat carcerem & consilium ut fugiat, & licet ibi decenti simul fugiant non tenetur aliquid restituere.

13. Quando delictum est notorium, & timetur populi tumultus, & iudex scit nullam reo competere defensionem, potest condemnari antequam audiat, nec datur ei terminus ad defensionem.

14. Cum reus mentitus est in confessione non potest à iudice ut perjurus puniri, quia cum ob varias circumstantias possit excusari, solum Deum habet ultorem.

AN REVS IO SIT testibus crimina, vel alios defectus obijcere, ut eos à testimonio repellat?

15. Cum reus aliter se non potest defendere, potest testibus crimina vera etiam occultata, si potest illa probare, & defectus obijcere, ut illos à testimonio repellat, etiam si testes vera dicant.

16. Qui pro se aliquem testem adduxit, non potest illum à testificando repellere.

17. Reus qui dicit testem mentiri revelantem secretum illi commissum nec peccat, nec restituere tenetur.

AN REO liceat post condemnationem ad superiorem appellare?

18. Licitum est reo si iniuriam passus est in sententia ab illa appellare, nec potest à Principe interdici, cum sit de jure naturalis, modus autem tolli potest aut mutari.

19. Cum reus appellat solum ad dilationem litis cum proximi gravi damno peccat mortaliter. Secus verò si habet nova iura, sive testimonia alleganda.

20. Religiosis non licet appellare nisi in causis gravissimis. Vide verbum Appellatio.

AN REVS condemnatus teneatur obedire sententia?

21. Si iniuste damnatus fuit non tenetur obedire sententia, & cessante scandalo potest se defendere. Si autem est iusta, tenetur obedire.

22. Si sententia fuit iusta, sed fundata in falsa presumptione,

m Comm.
DD.

n Villal.
ubi supra.
dist. n.
16.

o Comm.
DD.

p Comm.
DD.

q Villal.
ubi supra.
dist. 6. a. i.

r Comm.
DD.

s Villal.
ubi sup.

t Comm.
DD.

u Villal.
ubi supra.
dist. 3. n. 1.

v Comm.
DD.

y Villal.
ubi supra.
num. 4.

DISPUTATIONCVLA
interjacens.

RESOLUTIONES VARIE.

R E X.

1. **R**EX, & Imperator non possunt nisi à Papa excommunicari ex speciali privilegio. Officiales autem Regii possunt excommunicari ab Episcopis.

2. Rex peccat & aliena regna ambiens capere, vel capti non restituens, nisi iusta causa excoletur.

3. Peccat & mortaliter excitas faciones, vel non sedans excitas, nõ providens necessaria ad victum, non ferens leges necessaria, aut non exequens latas, non exercens suos in armis, non muniens arces, non cumulans divitias necessaria ut regnum liberet à fame vel ab hostibus, vel accumulans, gravando subditos, vel prodigè largiens bona, vel negligens refectionem, & custodiam publicarum viarum.

4. Cum lis alias est inextrigibilis & d, tenetur consentire in iudices arbitros suspensione carentes.

5. Item peccat & mortaliter condens legem poenalem ob suam privatam utilitatem, vel condonans sine causa delicta contra legem naturalem, vel divinam, vel illa extorquens sine causa lites, vel debitorum solutiones.

6. Item non spermittens subditis suis immunitates, vel usurpans populi bona & tenetur restituere. Item compellens subditos ad donandum sua bona, vel illa extorquens precibus importunis non interveniente causa iusta, & tenetur restituere.

7. Item peccat impediens & visitationem monialium, exigens tributa nova abique necessitate publica, quamvis exigat in bonum finem, & multo magis si sint ad pompas luptuosas.

8. Compellens subditos h ad id non obligatos gratis sibi laborare, cogens ad matrimonium, vel impediens, præficiens operarios imperitos, vel male conscientias, & tenetur damnare restituere. Præsentans ad beneficium Ecclesiasticum, quorum est patronus,

ne, seu probatione non obligat in conscientia, nec tenetur quis obedire. An autem in hoc casu possit quis se defendere alii ajunt, alii negant, quia à iudice iuste damnatus fuit, in praxi autem cum defensio non possit fieri sine scandalo, tenetur e obedire.

x Idem ubi sup. dist. 10. n. 1.

AN REVS damnatus ad poenam, qua actionem requirit, obligatus sit cooperari aliquo modo illam?

23. Respondetur affirmative, cum sententia iusta fuit, & spem non habet se à morte eripiendi.

a Vafq. 12. to. 2. dist. 183. c. 5.

24. Cum poena capitis est non potest damnari ut se suis manibus interficiat, vel venenum sumat. Potest tamen iudex eum damnare ut seipsum moderatè flagellet.

b Villal. dist. 11. n. 1.

AN FUGERE & carere licitum sit reo?

25. Ante condemnationem licitum è est fugare, Si verò iuratus sit non fugiturum, vel ad carcerem rediturum non tenetur adimplere.

d Comm. DD.

26. Non licet custodibus vim ad fugiendum inferre.

e Villal. ubi sup. num. 1. f Comm. DD.

27. Qui expectat sententiam iustam etiam ad mortem non tenetur fugere.

28. Qui iuste damnatus est ad poenam quam ipse executioni mandaturus est, non potest fugere. Nec qui damnatus ad trimeses, vel ad fodinas secundum probabiliorè.

g Comm. DD.

29. Qui damnatur ad carcerem temporarium non potest fugere, potest è autem si ad perpetuum secundum probabiliorè.

h Villal. ubi sup. num. 1. i. Vide eundem. ubi sup. l Idem num. 7.

30. Si damnatus est ad mortem, vel ad mutilationem membrorum, etiam si sententia iusta sit, potest fugere, sed non tenetur nisi per falsas præsumptiones damnatus sit.

31. In iuste damnatus qui juravit custodi carceris se rediturum tenetur g redire, si propterea custos carceris damnum passurus sit.

m Comm. DD.

32. Cum iustitia ministri petunt domum alicujus, ut eum in carcerem detrudant, non potest se armis b defendere.

33. Cum licet è carere fugere, licet eum infringere secundum probabiliorè; sunt autem qui probabiliter dicant iuste damnatum non posse carcerem infringere.

34. Licite carcerem infringentem illicitum l est adjuvare carcerem infringendo.

AN DAMNATUS ad inediam possit non comedere cibum oblatum, & an liceat ei cibum offerre?

35. Tenetur m cibum oblatum comedere, alii autem si sint iustitie ministri non possunt ei cibum offerre, reliquis autem licet.

patronus, personas non idoneas. Non cohibens subditos ab alienorum usurpatione, & negligens abolere pravas consuetudines.

¶ Comm. DD.

Navar. ubi sup.

9. *Condemnans i reum inaudiri, & indefensum, vel ei iubens dari venenum, vel privans aliquos beneficiis non amobilibus ad nutum sola scientia privata.*

10. *Cum tenetur restituere subditis, & non potest, tutius est consilium erit superfluum moderari, & gratuita dona excusare, ut debita possit solvere. Vide verbum LXX.*

DISPUT. I. SECT. VNICA.

RESOLUTIONES VARIÆ.

S.

SACRAMENTVM.

¶ Magis. in 4. dist. 1.



SACRAMENTUM est res sensibus subiecta, quæ ex Dei institutione sanctitatis significanda, & efficienda vim habet.

1. An sacramentalis legis gratia componatur ex rebus, & vocibus tamquam ex materia, & forma?

¶ Vide Trid. sess. 4. c. 3.

2. Respondetur *æ* affirmativè; verum tamen non est omnino necessarium, quod forma sint rigorose verba, & materia res, ut in sacramento matrimonii, in quo traditio facta per verba vel nutus habet rationem materiae, & consensus explicatus per eadem verba, vel nutus rationem formæ.

¶ Vide Vill. to. 1. tr. 4. dist. 2.

3. Sacramenta habent *æ* quasi materiam, & quasi formam, & materia alia dicitur proxima, alia remota. Materia remota est, de qua fit proxima, ut in Baptismo materia remota est aqua, proxima ablutio. In poenitentia materia remota sunt peccata, proxima actus poenitentis.

¶ Comm. DD.

4. Inter materiam, & formam sacramenti est *æ* necessaria moralis

moralis conjunctio, unde magna inter utramque interruptio nullum faciet sacramentum.

5. Nec Papa nec Ecclesia mutare *æ* possunt materias, & formas sacramentorum. ¶ Comm. DD.

6. *Quomodo si autem potuerit matrimonium clandestinum annullari videri potest in verbo Matrimonium.* ¶ Comm. DD.

AN FACTA mutatione aliqua in materia vel forma sacramenti, mutatur ejus substantia?

7. Si quod mutatur pertinet ad ejus substantiam non fit *æ* retulerunt de sensus. dist. 4.

8. Si minister habuit intentionem introducendi aliquem errorem verbis dubiis, non facit *æ* sacramentum. Si autem *æ* Comm. verbis utatur certis cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, erit sacramentum.

9. Mutare formam ex sua natura est peccatum mortale.

AN IN dubio licet formam verare in eadem materia?
10. Respondetur *æ* affirmativè, sed sub conditione; sed non *æ* Vill. debet passim fieri ob quemlibet vanum scrupulum. ubi supra dist. 4. n. 1.

AN EVERIT necessarium, quod fuerint sacramenta?

11. Non est simpliciter necessarium, sed valde utile. In statu *æ* D. Tho. autem innocentis non fuerunt necessaria. 3. q. 6. c.

AN SACRAMENTA nova legis causent gratiam?

12. Respondetur *æ* affirmativè. In veteri autem lege circumcisio causabat gratiam per virtutem Passionis Christi *æ* Scot. in 4. d. 1. q. 3. venturi.

13. Gratia sacramentalis supra gratiam habitualementem *æ* addit speciale auxilium ad consequendos effectus sacramentorum. DD. ¶ Comm.

AN OMNIA Sacramenta nova legis causent primam gratiam faciendæ de attritu contritum?

14. Alia sacramenta *æ* vocantur vivorum, alia mortuorum. Mortuorum sunt Baptismus, & poenitentia, reliqua dicuntur vivorum, quia ad ea accedere non licet nisi habentibus vitam primam gratiam. ¶ Comm. DD.

15. Sacramenta vivorum aliquando etiam per accidens possunt causare primam gratiam, v. g. si quis bona fide putans per Confessionem se affectum primam gratiam, quam verè affectum non est, accedat attritu ad Eucharistiam fiet contritus, & consequetur *æ* primam gratiam secundum probationem.

16. Sacramenta mortuorum aliquando etiam per accidens possunt causare primam gratiam, v. g. si quis bona fide putans per Confessionem se affectum primam gratiam, quam verè affectum non est, accedat attritu ad Eucharistiam fiet contritus, & consequetur *æ* primam gratiam secundum probationem. ¶ D. Tho. p. q. 79. art. 1.

QUOT SINT Sacramenta nova legis?

17. De fide 7 est, quod sunt septem, & constat ex Tridentino. ¶ Trid. sess. 7. c. 1.

18. Baptismus, Confirmatio, & Ordo causant *æ* characterem, qui subicitur in anima secundum probabiliorem sententiam. ¶ Trid. sess. 7. can. 9.

V. 4

19. Solus